Charta sola lectiones genuinas has servavit: 1) 197 A. φῆς ἃ. 2) ibidem ἔγωγε ᾧ Λάχης. 3) 197 C. σέ γε.

Apographon Coislinianum recte praebet: 1) 197 B. ἄγνοιαν. 2) 197 E. γε. Neque Bodleianus neque Venetus solus lectiones

veras, servavit quas his codicibus amissis conferre ex aliis libris 197 E. non possemus. Haec charta Oxyrhyncha igitur quamquam minoris aestimanda quam Flinders-Petriana, tamen nullo modo est contemnenda. Nunc autem hoc numerorum indicio propitio de chartis audito, convertamur ad eos Lachetis locos, quos editores aut corruptos aut interpolatos habuerunt.

### Pars tertia.

Inspiciamus primum paginam 180 circa litteram B<sup>59</sup>, ubi 180 B. Venetus *αὐτοῦ* solum pro *τοῦ αὐτοῦ* praebet et codices quidam Bekkeriani καὶ ante *περὶ παιδᾶς* omittunt, et codices optimi *ὀλιγωρεῖσθαι* adhibent. Badhamus scripsit *ὀλιγωρεῖν*, quod Schanzius in *ὀλιγῶρος* mutavit. Hermannus autem et Kralius et Cronius et Schmelzerus in suis editionibus formam traditam retinuerunt. Interrogemus igitur quid numeri velint. *Λάχνητα τόνδ'*. [*Λα.*] *Ἀληθῆ γὰρ οἶει . . .* = [*πε*] *ρὶ τοῦ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ* (∪∪∪∪∪∪∪); interjecta sunt *-ει ᾧ Νικία, ὡς δγ' ἔλεγεν = ὁ Λυσίμαχος ἄρτι περὶ τοῦ* (∪∪∪∪∪∪). Itaque et numeri, et recta loquendi consuetudo negant *του* omitti posse. Porro *Μελησίον πάνν μοι δοκεῖ . . . = καὶ εἰς ἀπαντας ὄσοι τὰ τῶν* (∪∪∪∪∪∪∪). Interjecta sunt cum similitudine verborum positionis: *εἶ εἰρησθαι καὶ εἰς ἐκείνους = καὶ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς ἀπαντας* (∪∪∪∪∪∪∪) (De *εἶ* ante vocalem vide Kühner-Blass Gram. I 196). Tum *τὰ τῶν πόλεων πράττουσιν διὰ αὐτοῖς = σχεδόν τι ταῦτα ξυμβαίνει ἂ οὔτος* (∪∪∪∪∪∪∪). Hic exemplum *συνιφῆσεως*, quam grammatici dicunt, habemus. Sine dubio condonabitur mihi cum commodo numerorum ξ pro σ scribenti. Tum sequitur figura altera *λέγει καὶ περὶ παιδᾶς καὶ περὶ τᾶλλ' ἴδι . . . = [ἀ]μελῶς διατίθεσθαι, ταῦτα μὲν οὖν καλῶς* (∪∪∪∪∪∪∪). Itaque καὶ scribendum est ante *περὶ παιδᾶς*. Interjecta sunt *τᾶλλ' ἴδι' ὀλιγῶ = ῥως τε καὶ ἀμελῶς* aut *τᾶλλ' ἴδι' ὀλιγωρεῖ = σθαί τε καὶ ἀμελῶς δι-*. Responsum est igitur hoc loco ambiguum.



181 A. Badhamus delevit *Σωκράτης*. Codex Σ dat pro *ἐκάστοτε μέμνησθαι* ordinem verborum inversum. Quid docent numeri? Primum figuram quartam hujus formae monstrant abccba: [*Σωφρο*]νίσκου λέγοιεν ἀλλ' ὦ παιῖδες . . . : [πά]τερ, οὔτος. [*Λυ.*] *Ἐδγετὴν Ἥραν* (υ-υ-υ-υ-); interjecta sunt -δες λέγετέ μοι, ὅδ' ἐστὶν *Σω[κράτης]* . . . = -κάστοτε. [*Παι.*] Πάνυ μὲν οὖν ὦ πά- (υ-υ-υ-υ-υ-); denique ἐστὶν *Σωκράτης* περὶ = οὗ μέμνησθ' ἐκάστοτε (υ-υ-υ-υ-), ὦ Σώκρατες διτι ὀρθοῖς . . . compares cum verbis -λως καὶ δὴ καὶ διτι οἰκεί- (υ-υ-υ-υ-): interjecta sunt *ὀρθοῖς τὸν πατέρ' ἄρι* = στον ἀνδρῶν ὄντα καὶ ἄλ- (υ-υ-υ-υ-). Itaque inuria addubitavit Badhamus et *Σωκράτης* et καὶ ἄλλως.

184 D. Suspecta Badhamus habebat verba ἡ βουλή: eidem *νυνδὴ* ante *ἔτι* supplendum videtur. Numeri autem non obsequuntur. Correptione diphthongi in vocis pausa neglecta habemus [*προ*]-*κειμένου*. [*Λυ.*] Ἀλλὰ δέομαι ἔγωγ' ὦ Σώκρατες = καὶ γὰρ ὥσπερ *ἔτι τοῦ διακρίνοντος δοκεῖ* (υ-υ-υ-υ-υ-υ-). Hic cum commodo numerorum *διακρίνοντος* pro *διακρίνοντος* scribendum est, nam Plato ipse scribendo non distinxit simplex o a diphthongo ou-. Porro *κρίνοντος δοκεῖ μοι δεῖν ἢ* = μὴ ἢ βουλή, εἰ μὲν γὰρ *συν* (υ-υ-υ-υ-υ-). Tum ab ἡ βουλή incipit figura prima: ἡ βουλή εἰ μὲν γὰρ *συνεφερέσθην* = τῷδ' ἦττον ἀν τοιούτου *ἔδει νῦν* (υ-υ-υ-υ-υ-υ-). Sex jambi sequuntur *δέ-την ἐναντίαν* = γὰρ, ὡς *ὀρθῶς, Λάχης*. Tum γὰρ ὡς *ὀρθῶς Λάχης Νικία* εἰ . . . = σύμψηφος εἶ. [*Σω.*] *Τί δ' ὦ Λυσίμαχε* (υ-υ-υ-υ-υ-υ-υ-) cum interjectis verbis *Νικία ἔθρε'* = εὖ δὴ ἔχει ἄ (υ-υ-υ-υ-) et *-χει ἀκοῦσαι καὶ σοῦ* = ποτέρω τοῖν ἀνδροῖν (υ-υ-υ-υ-), ut figura B (abccba) sit. Sic recte se habent omnia, neque ἡ βουλή deleri neque *νυνδὴ* inseri potest. Mox codices praebent *ὁπότε*, editores autem omnes conjecturam Schleiermacheri optimam acceperunt, neque respuit numerus. Nam καὶ ante *ποιοῖ* delete, quod me Blassius humaniter monuit, figuram alteram sic constituere possumus. *ὁπότερ' ἂν οἰπλείους ἐπαινῶσιν ἢ* = *χρησθαι*. [*Λυ.*] *Τί γὰρ ἄντις ποιοῖ, ὦ Σώκρατες*. Tum *ἡμῶν τούτοις* = *μέλλεις χρησθαι*.



**188 D.** delevit. Badhamus, ut solet, quam plurima damnavit et ζην et οῦ et ἡρμους. Ex hoc labyrintho potest fortasse numerus iter monstrare: εἶναι ἀρμονίαν καλλίστην ἡρμους οὐ λόραν . . . : ὄραν' ἀλλὰ τῷ ὄντι ζην ἡρμους εὖ ἀ- ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ) : interjecta sunt οὐδὲ παιδιδας, quae initium repetunt ὄραν' ἀλλὰ τῷ. Itaque repetitio participii ἡρμους fit orationis decus non dedecus, quod Schanzius putavit. Aut tradita sunt retinenda aut conjectura Orelli lenissima accipienda est, quod mihi praestare videtur. Mox Badhamus stilum in illud δὲ post οἴομαι vertit et Schanzius in conjectura infelici parum circumspecte acquiescit. Pergunt enim numeri sic:

-τος αὐτοῦ τὸν βίον = σύμφωνον τοῖς λόγοις ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ).

Sed σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἐργ' ἀ = τεχνῶς δωριστὶ ἀλλ' οὐκ ἴαστι ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ). Denique ἴαστι οἴομα δ' οὐδὲ = φρυγιστὶ οὐδὲ Λυδιστὶ. Itaque δὲ sine numerorum damno omitti non potest.

**192 C.** Schanzius uncis inclusit verba περὶ ἀνδρείας, quae Badhamus jam in suspicionem vocaverat. Hanc quoque rem numerus indicet. Figura quarta formae hujus abscoba statius apparet: καρτερία τις εἶναι τῆς ψυχῆς . . . εἰ . . . = ἀποκρινόμεθ' ἡμῖν αὐτοῖς τοῦτο ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ). Interjecta sunt primum τό γε διὰ πάντων περὶ . . . = εἶγε τὸ ἐρωτώμενον ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ) denique ρὶ ἀνδρείας πεφυκὸς = δεῖ εἰπεῖν [Σω.] Ἀλλὰ μὴν δεῖ ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ). Itaque περὶ ἀνδρείας non omittendum videtur, et Schmelzerus et Cronius etiam defendunt formam traditam. Sed melius sit fortasse μέρος ἀνδρείας cum Badhamo scribere. Si περὶ ἀνδρείας retinetur, putandum est ex εἰπεῖν pendere. Recte collegisse ex apographo et codicibus δτι οὐτι Schanzius videtur, nam numeri sic pergunt: τοῖνον ἔμοι γε φαίνεται δτι οὐτι πᾶσα γ' ὡς ἐγὼ οἶμαι ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ). Tum sequitur figura quarta sic: -μαι καρτερία ἀνδρεῖα σοι . . . = μὲν οὖν ἴσθ' δτι τῶν καλλίστων ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ); interjecta sunt primum, σοι φαίνεται τεκμαίρομαι δ' ἐνθεῖδε· σχεδὸν . . . = -λῶν πραγμάτων ἡγεῖ συ ἀνδρεῖαν εἶναι. [Λα.] Εὖ ( \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ \_ ), tum [σχε]δὸν γάρ τι οἶδ' ᾧ Λά . . . = λῶν

πραγμάτων ἦγει (—υ—υ—υ) quae repetunt initium membri 192 C. prioris. Denique duo choriambi -χης ὅτι τῶν = Πάνυαλῶν.

Parisinus G solus ex omnibus codicibus dat πρὸς ὅτι. 195 A. Cronius commemoravit formas ὄπου, ὄπως ὄστις et ceteras pro ποῦ πῶς, τίς, in interrogationibus ab alio repetitis inveniri solere. Tamen haec lex neutiquam sine exceptione vera est. Conferas quaeso Aristophanis Ran. 1424 τίνα γνώμη; τίνα; Ares 608 παρὰ τοῦ; παρὰ τοῦ et 1234 ποίους θεοῖς; ποίοισιν; porro Antiphonis fragmentum apud Athenaeum 402 D. (v. Kock. Antiph. Frag. II, 17—20, et ann. ad Aristoph. Ran. 1424). Hoc loco quidem codices optimos lectionem genuinam servavisse numeri aparte docent. ὦ Σώκρατες. [Σω.] Πρὸς τί τοῦτ' εἶπες βλέ = ψας, ὦ Λάχης. [Λα.] Πρὸς τί; χωρὶς δήπου (—υ—υ—υ—υ—υ). Verba eadem in numero similiter posita commemoratu digna esse haud necesse est urgere. Porro Πρὸς τί; χωρὶς δήπου σοφία ἐστὶν ἀνδρείας. [Σω.] Οὐκοῦν φησί γε = Νικίας. [Λα.] Οὐ μέντοι μὰ Δία ταῦτα τοι καὶ ληρεῖ. [Σω.] Οὐκοῦν διδά- (—υ—υ—υ—υ—υ—υ—υ—υ). Hic diphthongus in pausa vocis ante vocalem non corripitur, id quod haud infrequenter fit, praesertim cum pausa inter verba disputatorum diversorum accidit. Quo tandem casu talis responsio fieri potest! Tum διδάσκωμεν αὐτόν, ἀλ = λὰ μὴ λουδορῶμεν οὐκ (—υ—υ—υ—υ). Fraudis igitur convicti per numerum quoque sunt codices B et T, qui indicativum διδάσκωμεν praebent. Deinde Οὐκ ἀλλὰ μοι δοκεῖ, ὦ Σώ = κρατες Λάχης ἐπιθυμεῖν (—υ—υ—υ—υ) sed -κρατες Λάχης ἐπιθυμεῖν καμὲ φανῆναι compares cum καὶ αὐτός ἄρτι τοιοῦτός τις ἐφάνη [Λα.] Πα[γν] —υ—υ—υ—υ—υ—υ—υ verba quae interjecta sunt, ut saepe, initium hujus numeri repetunt μηδὲν λεγόντ' ὅτι = καὶ οὗτος ἄρτι τοι—. Itaque recte dant codices optimi τοιοῦτός τις, quod editores inuria reiecerunt.

De verbis τὸ ὑγεινὸν εἰπεῖν οἶόν καὶ νοσῶδες Engel-195 C. hardtus arbitratus est τε trajectum esse, cum τὸ ὑγεινὸν τε εἰπεῖν οἶόν καὶ νοσῶδες expectandum esset. Badhamus ipse putat τε praecipuam molestiam ponere, damnat autem mirabile



ἢ ἄλλω, quattuor trochaeis interjectis *Ὁὐκ ἔγωγε* = [Nl.] ἄλλὰ 195 C. τοῦτο (—υ—υ—υ—υ—). Sequuntur duo exempla figurae alterius alia: ἢ ἄλλω τινὲ δημοσίῳ[γω] . . . = ἐπιστημονίῳ οἶον ἐ[γῶ] (υ—υ—υ—υ—) γω πλὴν τῶ τῶν δεῖ = νῶν καὶ μὴ δεινῶν. Itaque recte praebet Venetus οἶον pro δν et καὶ μὴ δεινῶν non omittenda sunt, ut vulgata. Denique -νι οἶον ἐγῶ ἀνδρεῖον καλῶ . . . = Ἐγώ γ' ὅτι γε τοὺς μάντις καλεῖ (υ—υ—υ—υ—), verbis καλῶ et καλεῖ, ut fieri solet, similiter in utroque numeri membro positus; interjecta sunt -ον καλῶ; [Σω.] κατανοεῖς = ᾧ Λάχης δ τι λέγει (—υ—υ—υ—).

Eichlerus (in Fleck. Annal. Vol. 123) numeris librisque 196 D. omnibus invitis πᾶσα damnavit. Numeri enim formam figurae alterius solitam abbecca exhibent: ἔσται. ἐὰν μὴ αὐτὴν ταύτην ἐπιστήμην] compares cum ἄρα τῶ ὄντι οὐκ ἂν πᾶσ' ὅς γνοίη οὐ δ' ἂν (υ—υ—υ—υ—) verba interjecta inter se respondent sic: -μην προσλάβη οὐχ οὐ = τως ἔλεγες οὕτω (—υ—υ—) et οὕτω μὲν οὐκ κατὰ τὴν = παροιμίαν ἄρα τῶ (υ—υ—υ—υ—). Confer quae Cronius (Laches, Anhang p. 85) de hac conjectura recte agnoverit. Itaque Eichlerus πᾶσα injuria addubitavit. Neque silentio praetermittere possum responsonem admodum mirifice adaequatam nisi quod nomen *Κρομμωνίαν* cum simplici μ scribere cogimur quod sane Stallbaumius libris et inscriptionibus nullo modo invitis jam pridem voluit (vide Schale des Aeson. Museo Arguelogico. Madrid, Antike Denkmäler II Tafel I). Editores recentiores quoque hoc nomen derivare voluerunt hi a Kromo. Nep-tuni filio, illi a κρόμμον, quae est hujus nominis forma epica. Poetarum sane apud Bacchylidem solum [C. XVII. 24. κρομμῶνος] legitur hoc nomen, ubi codex quidem formam cum simplici μ adhibet, quamquam editor princeps metri causa κρομμῶνος in κρομμυῶνος sine dubio recte correxit. At haud scio an Plato legibus eisdem atque Bacchylides esse non astrinxerit. Nam ἀνδρεῖος ἔσται ἐὰν μὴ αὐτὴν ταύτην τὴν ἐπιστήμην | προσλάβη οὐχ οὕτως ἔλεγες; [Nl.] Οὕτω μὲν idem est atque [δ]τι οὐδὲ τὴν κρομμωνίαν ἂν πιστεύεις σὺ γ' ἀνδρείαν γεγονέναι. τοῦτο δὲ λέγω σὺ παίζων (υ—υ—υ—υ—|υ—υ—υ—υ—).









LEOPOLDUS SADÉE:  
DE BOEOTIAE TITULORUM DIALECTO





Boeoticæ dialecti grammaticam composuerunt antehac:

1. Henricus Ludolfus Ahrens in libro primo operis palmaris De Graecæ Linguae Dialectis (Gottingæ 1839);
2. Ernestus Beermann in dissertatione Lipsiensi De Dialecto Boeotica, quam Georgius Curtius nono Studiorum volumini inseri iussit;
3. Antonius Führer in dissertatione Gottingensi De Dialecto Boeotica (anno 1876 edita);
4. Riccardus Meister in libro primo operis Die griechischen Dialecte (Gottingæ 1882).

Atque in hoc quidem libello de eadem propemodum re conscripto inscriptionibus tantummodo ut dialecti fontibus usus sum, ratus eis demum per se cognitis exhaustisque ad ea quæ codicibus Boeotica significantur progredi licere certis legibus eruditum.

Titulos qui quidem usque ad annum 1892 inventi essent, Guilelmus Dittenberger edidit in volumine primo Corporis Inscriptionum Graecarum Graeciae Septentrionalis. Cuius luculentissimi operis inscriptionum numeros suis quemque locis sine ipsius operis nomine afferam.

Tituli qui abinde publici iuris facti sunt, his potissimum libris continentur:

1. Bulletin de Correspondance Hellénique, inde a volumine decimo sexto. Nota scripsi BCH 16 sqq.
2. Ἐφημερίς ἀρχαιολογική, inde ab anno 1892. Nota scripsi Ἐφ. 1892 sqq.
3. Revue des Études grecques, inde a volumine quinto. Nota scripsi REG 5 sqq.

Praeterea catalogi nummorum Musei Britannici usus sum ea parte quæ inscribitur *Central Greece*: conquisivi ex ea num-

mos Boeotorum qui quidem de dialecto quid possent edocere.  
Nota scripsi CGC.

Nonnumquam tituli Lesbiorum laudandi erant. Quod ita  
feci, ut commonerem de fasciculo altero eius operis quod Inscriptio-  
nes Graecae Insularum Maris Aegaei vocatur, nota usus Ins. II.  
Ceteras quas adhibui notas explanare supersedeo.

---

Pars prima.  
**Quae communia sint dialecto Boeoticae cum  
Lesbia et Thessalica.**

A. DE SONIS.

§ 1. De labialismo.

A Boeotis consonae labiales e gutturalibus ortae eis quoque in locis pronuntiatæ sunt, ubi Attici dentalibus aut gutturalibus uti maluerunt.

*a) Consonae labiales locum obtinent dentalium.*

Observatur vocum initio, cum priscam gutturalem vocalis excipit *e*. Testes sunt *πέτταρες*, *πεῖλε*, *πεῖσαι*, *Περμασός*, *Φετταλός*, -*φεστος*, *βείλομαι*, *Βελοφοί*; eodem *ὀβελός* num spectet, valde dubium est.

Boeotos *πέτταρες* dixisse multis exemplis probari potest; eligenda putavi ea quae titulo praebentur Orchomenio 3193: *πέτταρες ὀβολοί*, *πέτταρας ὀβολός*, *πετταράκοντα πέτταρες (δραχμή)*. Neque minus *πετρα-*, *πέτρατος*, *πετράς* (unde *Πετραδίων*) inveniuntur; conferas velim *πετράτη*, *πετράμεινον* tituli 3172 (v. 142. 115) et ipsius Orchomenii.

Adverbium *πεῖλε* tribus nominibus propriis comparet: *Πειλεξενίς* 654, *Πειλεμάχω* 24203, *Πειλεκλίδας* 318310. Initium formae *Τειλεφάνεις*, quae bis in eadem familia legitur (*Φίλλων Τειλεφάνειος* 243110, avus eius qui *Φίλλων Τειλεφάνιος* nominatur 2724d6), a lingua Boeotica alienum esse certissimum est.

Pro Atticorum *τεῖσαι*, *Τεισι-* Boeotis *πεῖσαι*, *Πεισι-*<sup>1)</sup> placuisse aoristo *ποταποπισάτω* 317285 et nominibus propriis

1) A stirpe *τεισι-* quae apud Boeotos est *πισι-*, distat stirps *τεισι-* ('honorare'), quam et Boeotice retinere dentalem nomine accipimus

*Πισιδίκα* 655, *Πισίδικον* 317910, *Πισίμειλος* 319312 discrimis.

Fluminis *Τερμασός* mentionem facit Pausanias IX 29, 5<sup>1</sup>). A Boeotis appellatum esse *Περμασός* viri nomine *Περμάσιχος* 2072 ostenditur, quod a flumine repetendum esse manifestum est.

Gentis nomen quam Attici vocant *Θετταλοί* Boeoti initio vocis consonanti labiali pronuntiant *Φετταλοί*. Testes viri sunt titulorum 664 et 24308, qui ethnica voce *Φετταλός* nomine utuntur proprio.

Participium perfecti passivi eius verbi cuius aoristum *θέσσασθαι* ex Pindari et Archilochi carminibus novimus, *θεστός* est; occurrit in nomine *Ἐρμόθεστος*, de quo vide GP<sup>2</sup> 112. Boeotos quidem non *θεστός* dixisse sed *φεστός*, nominibus *Θιόφρεστος*, *Θιόφρειστος* 317290, 319243 et *Φεστίας* 17526 demonstratur.

Locrorum *δείλεται* Boeotice *βείλεται* opponitur. Cuius rei ad ea exempla provoco quae post Dittenbergeri volumen editum in lucem prolata sunt: *τὸν βειλόμενον, βείλων[τη]* BCH 19. 157B8.9, *βείλειτη, βει[ίλων]τη* ib. 21. 554.2.7.

Urbem illam Apollinis oraculo clarissimam Boeoti *Βελφοί* nominabant. In titulis formae *Βελφόν* 23854, *ἐμ Βελφοῖς* 241823, *Βελφίς* 619 comparent.

Quo modo de vocabuli *ὀβελός* — habes *ὀβελόν* 17398 — littera labiali iudicandum sit, incertum est. Si quis secum reputaverit Delphos, Argivos, Gortynios, Tarentinos, Arcades *ὀδελός* dixisse, is facile adducetur, ut inter *ὀβελός* et *ὀδελός* eandem rationem intercedere sibi persuadeat atque inter *Βελφοί* et *Δελφοί*, *βείλεται* et *δείλεται*. At *ὀβελός* forma ne ab Attico quidem sermone est aliena<sup>2</sup>): quam indidem repetere, unde Boeotorum labialem, Atticae linguae indole prorsus vetamur.

*Τισιμένεις* 1888b9. Quae Brugmannus Griech. Gramm.<sup>3</sup> 47 scripsit: '*Τισιμένεις* = *Τεισιμένης* (zu *τείσαι, ποιή*)', contra ea pugnant quae idem scriptor in eodem libro p. 115 contendit: 'lesb. *Πισιδίκα*, thess. *πεῖσαι*, böot. *ποταποπισάτω* gegen att *τείσαι*.'

1) *ἔει δὲ καὶ οὗτος ὁ Τερμησός περὶ τὸν Ἐλικθνα.*

2) Kretschmer, Die griechischen Vaseninschriften 117.

Labialismi, cuius exempla modo protuli Boeotica, ex omnibus Graecorum gentibus participes nullae sunt nisi Lesbii, Thessali, Cyprii. Constat Balbillam *πέσυρα*<sup>1)</sup>, Sappho *πήλυι*<sup>2)</sup> scripsisse, Lepethymi et Methymnae filiae nomen fuisse *Πεισιδίκα*<sup>3)</sup>. Lapidibus Thessalorum *ἀππεισάτου*, *Πεθθαλοί*, *βέλλεται* debentur, Pelei nomini non *Πάλιον* subesse sed *πήλε* rectissime monet Fickius (GP<sup>2</sup> 431). In aere Edaliensi bis legitur *πέσει*. Qui consensus ad origines Boeotorum investigandos summi momenti est.

b) *Labiales exstant pro gutturalibus.*

Ferdinandus de Saussure ex ea ratione, quae intercedit inter *βουκόλος* et *αἰπόλος*, collegit gutturales, quas vocant velares, privari post *u* vocalem labialismo (Mém. de la soc. de lingu. VI 101). Cuius dissimilationis Boeoti non sunt composites: occurrunt apud eos soni *π* et *β* e *q* et *g* orti<sup>4)</sup> non minus post *u* quam post ceteras vocales, neque vero solum post sed etiam ante *u*. Exempla habes haec:

*Κόκκινψ* et *Κοκκουβίας* 1888a<sub>12</sub>, 1745<sub>10</sub> (Thespiis);

*Κόρνψ* 3640 (Thebis);

*Πυλιμιάδας* 602 (Tanagrae);

*Βυλιά[δας]* 585 IV<sub>15</sub> (Tanagrae).

Eorum nominum primum alterumque illustravit Dittenberger, qui de vocabulo avis illius commonuit; tertio lumen afferri glossis Hesychianis *κόρνξ· νεανίσκος* et *κόρνψ· νεανίσκος* exposuit Bechtel (Spitznamen 13). *Πυλιμιάδας* sagaciter Gu. Schulze ita explanavit in KZ 33. 243, ut *πν*- compararet cum veterum Indorum *ku-*, qua voce ut nominis compositi parte priore exprimitur res deterior ac vitiosa, faceretque mentionem vocis

1) ... *υρεσκαυδέκοτος* in catalogo Mytilenaeo Ins. II nr. 82s.

2) *πόλυ P*, corr. Bergk.

3) Wilamowitz Ind. Lect. Gott. 1885/1886 pag. 14.

4) Non debet neglegi labialis origo. Nomen *Κίννψ* (3636. 3637) hoc loco minime est commemorandum, quia *π* illud, quod sono finali *ψ* continetur, originem non a *q* duxit: vir appellatus est a flumine Libyo *Κίννψ*, quod Herodotus affert IV 175, V 42. Desideratur GP<sup>2</sup> 347.



*πούλιμος* qua pro *βούλιμος* usos esse Boeotos testatur Plutarchus (Quaest. conviv. 694a)<sup>1)</sup>. *Βυλιάδας* Tanagraeus eodem nomine appellatur ac *Βυλιάδας* Larisaeus, quem e titulo sepulchrali *Εὐδέξιος Βύλιππος Βυλιάδαιοι* (Hoffmann GD II 34 nr. 45) novimus. Ubi cum *Βυλιάδας* pater sit filii *Βύλιππος*, neminem fugere debet eam labialem, qua incipit vox, manasse e gutturali: nam *Βύλιππος* idem nomen esse quod *Γύλιππος* manifestum est.

Larisaeo lapide quem modo attuli probatur ne hanc quidem labialismi speciem contineri Boeotiae finibus. Quod Lesbi vestigia nondum apparuerunt, forte accidisse censeo.

## § 2. De ρα pro ρα Atticorum posito.

1. Vocalem *ρ*, quam vocant, in tribus stirpibus *ρο* pronuntiaverunt Boeoti: *στροτός*, *ἐροτός*, *βροχός*. De *στροτός* et *ἐροτός* iam pridem constabat; *βροχός* Boeotorum ante hos viginti annos adeo non comparuerat, ut neque a Meistero (Griech. Dial. I 216) neque ab Hoffmanno (De mixtis Graecae linguae dialectis 10) memoraretur.

Vocis *στροτός* permulta exempla praesto sunt: taedet effundere omnia. Satis est eos afferre locos, quibus *ἐστροτεύαθη* occurrit: 317427, 31756, 317810, 31796, 318013. Et propriorum nominum magno numero subest vocabulum, quae per omnes fere Boeotiae urbes pervagantur.

Stirpem *ἐροτό* — habes in nominibus propriis *Ἐροτίων* 24294, 320716, 3624; *Ἐροττις* aut *Ἐροττίς* 2950.

Eodem modo adiectivi *βροχός* nullum adhuc vestigium exstat nisi in nominibus virorum: *Βρόχυλλος*, *Βρόχουλλος* 1908, 33431; *Βροχός* 23832, 413932; *Βρόχχιος* 2724b4.

Ubicumque earundem stirpium *ρα* occurrit, negare licet *ρα* istud tribuendum esse Boeotis. In monumenti sepulchralis 585 columna tertia, quod anno 426 a Chr. n. constitutum esse summa cum probilitate coniecit Röhlius, inter nomina civium Tanagraeorum compareret quidam *Ἐράτων*. Qua re Tanagraeos quinto

1) Τὸ μὲν οὖν βούλιμον λιμὸν ἐδόκει μέγαν ἢ δημόσιον ἀποσημαίνειν, καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσιν ἀντὶ τοῦ β τῶι π χρωμένοις. οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολὺν ὄντα λιμὸν, ὀνομάζομεν.

saeculo *ἔρατός* pronuntiasset si cui probari videretur, interrogandus est, num inde, quod in lamina quadam Styrensi *Λόχαγος* nomen inscriptum esset, concludi posse existimaret *ᾧ* vetus servatum esse a Styrensibus. At titulo 3206, quem anno a. Chr. n. 329 incisum esse Foucartus statuit, participium praebetur *στραταγιόντος*. Quod inter formas Boeoticam *στραταγιόντος* et volgarem *στραταγοίντος* intercedere iudico; in eodem titulo habes *Τελέσαρχος* et *Λαόνικος*, quas formas et ipsas a dialecto Boeotica videbimus abhorrere. Quodsi iam exeunte saeculo quarto vulgaris dialecti vestigia in Boeotia deprehendimus, sequitur ut nulla re impediamur, quo minus eiusdem faciei formas, quae in eiusdem vel inferioris aetatis titulis comparent, ex eodem fonte repetamus. Itaque formas *Φιλοστράτω* 28265, *Ἐράτωνος* 28581, *Βραχούλλεις* 281818, quae exstant in tertii saeculi titulis, nihil ad Boeotorum linguam cognoscendam pertinere pro certo habendum est.

Ceteroquin *ρα* exstat per totam Boeotiam. E. gr. in tit. Thespiensi 1888 sicut *Καλλίστροτος*, *Πολύστροτος*, *Σωστροτίδας*, ita *Πετραδίων*, *Καφισοθράσεις* invenimus. Propterea Dittenberger *Θροσιούστροτος* 41282 nomen hominis Boeoti esse recte negavit: immo vero ex Aeolensibus Asianis repetendum esse idem vir coniecit summa cum probilitate.

In stirpibus *στροτό-*, *ἔροτό-*, *βροχύ-* Lesbii, Thessalique vocalis *τ* pronuntiatione utebantur eadem qua Boeoti. Qua in re Lesbii, Thessali, Boeoti sine dubio plane consenserunt temporibus priscis; permixtione postera factum est, ut Lesbii *ἔροτός* amitterent, *στροτός* Thessali. De voce *στροτός* a Lesbii servata inter omnes constat. Participium *ἔροτός* nomini inest Thessalico *Ἐροτοκλίας* tituli Metropolitanani Coll. 331. *Βροχύς* Thessalus nuper comparuit in tit. originis incertae *Ἐφ.* 1900. 51 I 13.

### § 3. De *ι* post *ρ* in *ε* mutato.

Quaestio est de origine prioris *ε* vocabuli *τρέπεδα*, quod in titulis Boeotorum iuxta *τράπεδα* comparet. Habes enim *τρεπέδδας* 3172139 (in eodem titulo Nicaretæ bis *τραπέδδας*) et *τρεπεδδίτας* 242034. De qua origine vere iudicasse censeo Guillelmum Schulze (GGA 1897. 904), qui *τρέπεδα* illud

titulorum eandem vocem esse statuit atque *τρίπεζα* Hesychii (*τρίπεζαν τὴν τράπεζαν Βοιωτοί*). Voces *τρέπεδα* et *τριπεδα* non nisi scriptura differunt: vocalis *ι*, cum *ρ* exceperat, ita pronuntiabatur a Boeotis, ut ab *ε* non multum distaret.

Sed ecce eiusdem pronuntiationis testimonia in Lesbiorum Thessalorumque lapidibus. Memineris velim genetivi *Δαμοκρέτω*, qui titulo Mytilenaeo continetur Ins. II nr. 749, cui adiciendae sunt formae Thessalorum *κρενήμεν*, *Υβρέσταν*, *ἀπελευθεροσθένσα* collectae ab Ottone Hoffmann Griech. Dial. II 320.

#### § 4. De *ι* ante vocales consonanter pronuntiato.

Hoc loco mihi nomina exponenda sunt *Δαματρος*, *Δαματρα*, *Ἀφροδισα*, quaeveniuntur in tribus lapidibus sepulchralibus Tanagraeis (890. 885. 854.). Quibus nominibus accedit *Καφισα* in titulo ipso quoque Tanagraeo, quem Theodorus Reinach publici iuris fecit REG 12. 53 sqq.: [*Κ*]αφισα Ἐροτίωνος A 68. Ex ea re, quod haec mulier sine ulla controversione civis Tanagraea putanda est, efficitur illos quoque homines Tanagraeos arbitremur licere.

Sonorum mutationem, quam expositurus sum, in vocibus Thessalorum et Lesbiorum quibusdam iam diu perspexerunt viri docti; quare ab eis incipiam.

Guillelmus Schulze QE 295 scripsit haec: „Erant inter Thessalos qui certas aliquot consonas ante *ι* duplicare amarent: *ἰδδῖαν* Coll. nr. 361 B13; *Κρανουννῖοις* 361 A8; *προξεννῖον*, *προξεννῖοι*, *πόλλῖοις* BCH XIII. 400 nr. 17 vv. 6. 9. 13. . . . Quae res aptum vix recipiet explicatum nisi in his Thessalos *ι* vocalem pronuntiatione in consonam vertisse . . . concedamus.“ Videmus igitur *ι* consona apud Thessalos idem effectum esse, quod in linguis Germanorum occidentalium, in quibus consonas ante *ι* consonam duplicari vel, ut cum doctis viris dicam, produci constat.

In eis quidem formis, quas attulit Schulze, *ι* consonam, in quam ea tantum vocalis poterat mutari quae carebat accentu, expressam esse vides litteratura. Fieri autem potuit ut non iam exprimeretur: intelleges igitur, quid sibi velint *ἀργυροῖ* Coll. 15572, *κῦρον* 34520, nomina propria *Μνασσας*, *Ἀγασσας*,

*Ἄσας, Ἀμεισας, Νικασας, Πεισας*, quae suffixo *-ία* derivata esse iure meritoque contendit Fickius (Bezz. Beitr. 26. 121); quam sonorum mutationem a vocativis *Μνάσιᾶ, Ἀγάσιᾶ, Ἀμείψιᾶ* (cf. *δέσποτα, ἄδελφε, Ἀπολλων, Πόσειδον* simm.) profectam esse suspicor.

Tertia denique quaedam orthographia statuenda est, qua non modo *i* consona, sed etiam duplicatio illa consonae vicinae negligitur: agnoscimus in *Διοννσοι* (genetivo nominis *Διονύσιος*) et *τρακάδι* Coll. 1329 Π a11, 13326.

Cuius triplicis scripturae, qua Thessali usi sunt, alteram tertiamque apud Lesbios quoque reperies litteraturam: alterius sunt *πέρροχος* et *ἄλλαν* Sapphus (fr. 92. 110; de *ἄλλαν* iam Ahrens I 57 recte iudicavit), tertiam habes in *ἀργυρα πρόσωπα* tituli cuiusdam Aegaeensis (Hoffmann II 107 nr. 1534) et in *χρύσω χρυσότερα*, quem Sapphus comparativum (fr. 123) primus recte intellexit Fickius (Ilias 551).

Iam non dubitare possumus, quo modo de *Δαματρος, Δαματρα, Ἀφροδισα, Καφισα* sit iudicandum: eiusdem rationis sunt atque *τρακάδι, Διοννσοι* Thessalorum, *ἀργυρα, χρυσότερα* Lesbiorum. Ergo eadem ratione a Boeotis vocalem *i* in consonam versam esse atque a Thessalis Lesbiisque demonstratum est.

## B. DE FLEXIONIBUS.

### § 5. De dativis plur. in *-εσσι*.

Stirpium eius declinationis quam vocant tertiam, dativus pluralis Boeotice cadit in *-εσσι*. Haec collegi exempla: *Ἀκραϊφιεί-εσσι* 2734, *Φιλετηγείεσσι* 17906, *βούεσσι* 317139, *Δαιμόνεσσι* BCH 19. 375 nr. 283, *Χαρίτεσσι* 32072, *νικώντεσσι* 24106, *πεπιτευόντεσσι κή πεποιόντεσσι* BCH 21. 5547, *παριόντεσσι* ib. 8, *Ἐλικωνιάδεσσι* 1788. 1789, *ἄνδρεσσι* 3210. 3211. 3408. Simplex *σ*, quod in *παραμ[ει]νάντεσσι* 17807 deprehenditur, aut errori lapicidae aut dialecto vulgari tribuendum est.

Dativos in *εσσι* apud Lesbios Thessalosque floruisse inter omnes constat. Neque minus iam diu notum fuit Locros orientales eisdem formis usos esse. Qua in re Phocenses a vicinis non descivisse nuper didicimus lege Labyadarum, in qua *σαμῶ-*

*εσσι* scriptum invenimus (Coll. 2561 C 41). Ab eiusmodi dativis occidentalium Locrorum *μειόνους* (IGS III nr. 333 14) toto caelo distat<sup>1)</sup>.

### § 6. De declinationis suffixo *φι*.

Titulus quidam Tanagraeus quem Theodorus Reinach edidit (REG 12. 53 sqq.), in lateris A versu 28 vocabulum praebet *ἐπιπατρόφιον*. Cuius vocis vim ac sensum perspicere quantum intersit, primus docuit Solmsen (Mus. Rhen. 56. 476). Exposuit vir doctus vocabulo *ἐπιπατρόφιον* casum *πατρόφι* subesse formamque *πατρόφι* alterum esse exemplum figurae illius Boeoticae, cuius Hesychius mentionem faceret, cum scriberet: *πασσαλόφιν τοῦ πασσάλου. ὁ δὲ σχηματισμὸς Βοιώτιος*. Sed quod maxime nostra interest, idem terminus est Aeolidis, id quod iam Hinrichs (De Homericæ elocutionis vestigiis aeolicis 93) monuerat. Habes in Anecd. Paris. III 160, 8 in schol. ad Iliadis Γ 338 *παλάμηφιν τῆ χειρὶ· ἢ λέξις παράγωγος, ἢ διάλεκτος Αἰολίς*, et in scholiis Orpiani Hal. I 709: *κατ' ὄρεσφιν· ἐν τοῖς ὄρεσιν . . . αἰολικῶς*.

### § 7. De *-μεν* infinitivorum terminatione.

Infinitivi activi verborum quae *μι* terminatione dignoscere solemus, cum apud Atticos, Iones, Arcades, Cyprios insignes sint suffixo *-ναι*, Boeotice *-μεν* praebent:

*εἶμεν* persaepe, *διδόμεν* REG 12. 70 24;

*δόμεν* 3172 148.

Cum *εἶμεν* congruit *ἔμμεν* illud Thessalorum itemque Lesbium illud *ἔμμεναι*, namque *-μεναι* artissime cohaerere cum terminatione *-μεν* linguarum comparatione demonstratur. Accedit Homeri illud *ἔμμεν* sane item Aeolicum. Nonne igitur denuo

1) Exitum *εσσι* Eleorum quoque proprium fuisse dativo *φυγάδεσσι* eius tituli ostenditur quem edidit Szanto (Jahreshefte des österr. arch. Inst. I 197 sqq.). Eodem titulo praebentur *δαμοσιῶμεν* et *δαμοσιῶα*, declinationes et ipsae more Aeolico perfectae. A Dorum sermone cotidiano quem quidem inscriptionibus noverimus, dativi in *-εσσι* non minus abhorrent quam ab Ionum, Atticorum, Arcadum, Cypriorum: *ύέεσσι*, quam formam Gustavus Meyer (Griech. Gramm. 3 473) ut Syracusanam porfert, non exstat (cf. Blassii adnotationem ad Coll. 3235).

statuendum est Boeoticam dialectum cum Lesbia et Thessalica cohaerere historice? At idem illud *-μεν* Graecorum est occidentalium, cf. *εἶμεν* Locrorum, *ῥῆμεν* Laconum. Sed tamen ne hac quidem in re consensus ille Boeotiae cum Thessalis Lesbiisque debetur casui; quod hinc vides.

Apud Boeotos enim non modo verborum quae *μι* terminatione dignoscuntur, verum etiam quae *ω* ostendunt, infinitivi activi suffixum praebent *-μεν*. Exempla in titulis reperiuntur haec:

*ἀγίρμεν* et *καταγγελλόμεν* 4136 4. 6, *γραφόμεν* 3055 6, *νεμέμεν* 1778 8, *νομιδέμεν* BCH 19. 157 II 9, *φερόμεν* ib. et 1739 16; *ἀδικίμεν* 4136 4, *λειτωργίμεν* 3083 24, *ποιίμεν* REG 12. 71 8, *σουλείμεν* BCH 19. 157 II 7, *προστατεῖμεν* 1780 15, *δαμιώμεν* BCH 19. 157 II 7.

Manifestum est terminationem *μεν* ut ab hac declinatione alienam affluxisse ei demum e verbis in *-μι*. Perantiquis temporibus id factum esse inde apparet, quod Boeotorum mori non solum pars quaedam adiuncta est Thessalorum, verum etiam Homerus favet, id est Aeolenses illi Asiani favent, qui primi cecinerunt arma virumque Achillem Phthiotam. Ut enim Pharsali vetustiore terminationem invenimus superstitem (*ἔχειν* habes Coll. 326 4), ita Larisae et Crannone *μεν* viguisse constat (*ἔπαρχόμεν* Coll. 345 19, 361 B 20). Eadem ratione qua Pharsalii, usi sunt Lesbii, quorum titulis *κόπτην*, *δείγην* simm. praebentur, cum Larisaeis autem et Crannoniis congruit Homerus, cuius in carminibus *Φειπέμεν*, *Φειπέμεναι* simm. aut tradita sunt, aut facili negotio possunt refici: quas Homeri formas novatas non cohaerere cum infinitivis Boeoticis Thessalicisque eadem ratione novatis cum mihi persuadere non possim, in hac libelli parte Boeotorum infinitivi mihi sunt collocandi.

### § 8. De *σσ* in temporibus sigmaticis.

Tempora sigmatica earum stirpium, quae in vocalem correptam cadunt, apud Boeotos duplici *σ* ornata fuisse hisce exemplis demonstratur:

*Ἀγασσιγίτων* 27181, 27195;

*Ἀγασσίδαμος* 24463, 31812, BCH 23. 924, 198 VII 11;

*σωνναλέσσαντες* REG 12. 69 15.

De origine duplicis  $\sigma$  dissentiunt viri docti. Plerique ei favent coniecturae, qua  $\sigma$  duplex creditur ex stirpibus exitus sigmatici repetendum esse, in quibus ipsis quoque Boeotice mansit geminatio:

*ἐπιτελέσσωντι* (sic) 24108;

*Τελεσσίσι*-- 2378.

Restant duo exempla  $\sigma$  duplicis:

*Δάμασις* 1908.3231;

*Τέλεσις* REG 12. 7466;

sed cave eis nimium momenti tribuas: etenim si quis dixerit geminationem illam esse hypocorismatis, eo minus is refelli possit, quia Boeoti in nominibus hypocoristicis geminationem eximie amplectuntur.

Volgari dialecto nonnulla debentur exempla simplici  $\sigma$  scripta. Veterrimum omnium quorum quidem aetas possit definiri, haud scio an sit adiectivum patronymicum *Τελεσάρχιος* 320610; titulum Foucart anno 329 tribuit: idem est in quo *στραταγίοντος*prehendimus (pag. 11). *Ἄγασι*- habes in lapide 53769, quem editores quarto aut tertio saeculo incisum esse iudicant. *Ἐλάσιππος* polemarchus comparet in titulo 31785, qui vergenti saeculo a. Chr. tertio tribuendus est.

Aoristos *ἀγάσασθαι*, *καλέσαι* nusquam Graeciae reperies nisi apud Aeolenses Asianos: *ἀποπεράσει*<sup>1)</sup>, [*καλ*]εσσάτωσαν, *ἄμωσαντες* non minus quam *συντελέσαντα* lapidibus praebentur. De origine duplicis  $\sigma$  utut iudicandum est, non dubito quin Boeotice geminatio illa tempore effecta sit eodem ac Lesbice, id est prius, quam Aeoles e Graecia septemtrionali trans mare navigarent; id quod iniuria, si quid video, negavit Schulze KZ 33. 131.

### § 9. De perfecti activi participio.

Participium perfecti activi his locis exstat:

*καταβεβάνων* 30555,

*ἐμβεβαλόντων*<sup>2)</sup> BCH 21. 5542;

*Φεφυκονομειόντων* 3172125;

1) Gu. Schulze GGA 1897. 899 docet *ἀποπεράσει* formam esse antiquam et legitimam coniunctivi aoristi, quam in titulis Ionum et Cretum iam dudum observaverunt viri docti.

2) Supplevit Meister Sitzungsber. d. Sächs. Ges. d. Wissensch. 1899. 141.

*πεπιτευόντεσσι κῆ πεποιόντεσσι* BCH 21. 5547;  
*δεδώωσα, δεδώωση* REG 12. 7230.27.

Accedit *ἀπειλθείοντες*, quæ forma in duobus lapidibus Thespiarum (17483. 17492) comparet. Non adhaeret eius participii stirpi κ illud, quod contra habes in forma indicativi *διεσσειλθεικε* et ipsa Thespiensi. Idem participium in titulo 1756, ubi Dittenberger ob lacunæ magnitudinem *ἀπειλ[ειλυ]-θείοντες* maluerat, Bechtelius refecit (Bezz. Beitr. 26. 151) illud tantum falso arbitratus præsentis esse participium, quod refellitur hoc inscriptionis 1757 exordio: *Τιμέου ἄρχοντος ἀπεληλυθότες ἐκ τῶν ἐφήβων εἰς τάγμα.*

Duas res exemplis modo collectis cognoscimus hæc:

1. apud Boeotos participium perfecti activi eadem terminatione fuisse ac præsentis;

2. apud Boeotos participio perfecti activi κ illud perfecti plerumque proprium defuisse.

Ac in terminatione quidem cum Boeotis Lesbii et Thessali consentiunt: *τῷ κατεληλύθοντος* Mytilenæ (Ins. Π nr. 69) habes, *ἐποικοδομεικόντων, ἐνοικοδομεικόντεσσι* Phalannæ (Hoffmann II 15 nr. 7 21. 45). Augmentum κ autem Homeri quoque participiis non nullis deesse: *κεκμηώς, τεθνηώς, τετληώς, κεκαφηώς* quis est qui ignoret?

### C. DE FICTIONE NOMINUM.

#### § 10. De adiectivis patronymicis.

Paterna nomina exprimuntur in dialecto proprie Boeotica non genetivo ad filii nomen appposito, sed adiectivo patronymico in -*ιος* addito. Legis exemplis abundant tituli; hoc quidem loco tria eaque ex titulo 2429 elegisse sat est:

*Ἄρχων Σπερχώνιος,*  
*Ἐροτίων Ἀντιμάχιος,*  
*Θείβιχος Καλλι[χ]άριος.*

In eodem titulo ter non adiectivum patronymicum, sed genetivus paterni nominis emergit:

*Διωνύσιος Ἡρακλείδαο,*  
*Ἵπατ[ό]δωρος Ἀριστείδαο,*  
*Ὀμολώχος Ἐδωννίδαο.*



Inde apparet ea patrum nomina excipi e lege quam statuimus, quae ipsa iam sunt patronymica, quod rectissime observavit Böckhius ad CIG 1574.

Genetivus singillatim se offert iam sub finem saeculi quarti, sed ab anno demum 250 a. Chr. n. solus adhibetur, adeo ut inde dignoscantur titulorum aetates. Bene exposuit Guilelmus Larfeld in praefatione Sylloges XII sqq. Genetivi quos modo dixi deprehenduntur in titulo Orchomenio 3206, quem sub annum 329 incisum esse demonstravit Foucart, et in titulis Acraepiensibus 2723. 2724. 2724*b*, quos annis 312—304 contineri exposuit Holleaux. Sunt eidem fere, quos iam attigit Larfeld in disputatione, quam modo laudavi, ab Henrico van Gelder (Mnemos. 1901. 300) neglecta:

Ἀπολλόδωρος Τελέσταιο 3206 11,  
 Νικίων Γρυλ[ί]ωνος 2723 3,  
 Μοίριχος Εὐ(κ)ώμω 2724 5,  
 Ἀμεινοκλεῖς Ἀμεινίαο 2724 7,  
 Ἡρόδωρος Εὐκώμω 2724*b* 3.

Quorum quinque genetivorum Dittenberger tertium et quintum ita removit, ut *Εὐβωλίω* scriberet. Contra Bechtelius ex utroque *M* et ex altero *K* retinere mavult, certe non iniuria confisus nomen *Εὐκωμος*, quamquam nondum legatur in Fickii suoque libro, a Graecorum indole minime abhorrere. Agnoscendi igitur sunt in titulis saeculi quarti vergentis quinque genetivi. Ista aetate cum soni et declinationes linguae vulgaris tota Graecia pervagarentur, syntaxim quoque e legibus linguae vulgaris mutari coeptam esse plane credibile est.

Sed quid, quod in titulo 3467, qui saeculi est quinti, invenitur *Εὐχάρι τῆτριετιφάντω*? Neque saeculo quarto posterior est titulus 2465, in quo iterum paterni nominis adhibetur genetivus: *Θεοκλῶ Ἐρμαῖω*. Vides cum mulierum nominibus adiectivum patronymicum prius coniungi desitum quam virorum<sup>1)</sup>; quamquam veterem morem ne tertio quidem saeculo plane

1) Recentioris aetatis sunt *Λεξ(ῶ) Λέξ(ω)νος* 2797 (ubi vide Dittenbergeri adnotationem) et *Σαυμελα Πούθωνος* 3213. Pro *Σίμα Βάκχιος* 2117 vereor ne scribendum sit *Σίμα. Βάκχιος*.

inauditum fuisse titulo 1832 edocemur, in quo *Λουσίς Πεδά-  
γενεία* exaratum est. Hic maxime memorabilis est titulus ille  
Tanagraeus, quem Theodorus Reinach REG 12. 53 sqq. edidit:  
perbene adnotat editor (89) patres virorum fere omnium adiectivo  
patronymico, patres mulierum genetivo nominis paterni appellari.

Lege nominis paterni adiectivo patronymico exprimendi ad-  
strictum Lesbiorum quoque Thessalorumque sermonem invenimus,  
ita autem, ut adiectiva patronymica a patronymicis in *-δας* deri-  
vata neque ab Lesbiiis neque a Thessalis sint aliena: conferas  
velim *Ἡροΐδα Ζωϊτάω Ἡροϊδάω* Ins. II 38 nr. 818, *Ἐπι-  
κράτεις Ἐπικρατίδαίος* Coll. 345 49.

#### D. DE VOCABULORUM THESAURO.

##### § 11. *Βρήσα*.

*Βρεισάδας*, quem habes in saeculi quinti titulo 2556, is est  
qui Bresae natus est; cf. *Κρισάδας* 2724 b2, *Θειβάδας* 2430 5.

*Βρήσα* fuisse nomen promunturii Lesbiiaci auctor est An-  
drotion in Et. M. s. v. *Βρισαῖος* (cf. Böckhium ad CIG 2042).  
In quo promunturio colebatur *Διώνσος Βρησαγένης* (Ins. II 96  
nr. 478) vel *Βρησαῖος* (Hes.) vel *Βρησεύς* (CIG 3160. 3161;  
Smyrnae). A *Βρησεύς* gentilicium derivatum est *Βρησηίδης*,  
cuius femininum est *Βρησηίς*; quam formam Homero reddendam  
esse primus statuit Fickius (Bezz. Beitr. 7. 151).

\* \* \*

Tam multis rebus cum invenerimus congruere Boeotos cum  
Lesbiis Thessalisque, facere non possumus quin unius eiusdem-  
que regionis incolas quondam fuisse eas tres gentes statuamus.  
Quae coniectura optime confirmatur loco illo Thucydideo, quo  
certiores finis invites dimicasse Methymnaeos Tenedios Aenios  
cum Boeotis recordatos sibi pugnandum esse ut ipsis Aeolibus  
contra Aeoles eos, ex quibus suae sedes olim essent deductae.<sup>1)</sup>

1) Thuc. VII 57,5: *Μηθυμναῖοι μὲν . . . , Τενέδιοι δὲ καὶ Αἰ-  
νιοὶ . . . Αἰολῆς Αἰολέσσι τοῖς κίττασι Βοιωτοῖς τοῖς μετὰ Συρακοσίων  
κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο.*

Pars secunda.

**Quae communia sint dialecto Boeoticae cum lingua  
Graecorum occidentalium.**

Caput primum.

**De Boeoticis eis item occidentalibus quae Thessalicae  
quoque inventuntur.**

Boeotorum linguam cohaerere cum Thessalis ut Lesbiorum affinibus supra vidimus. Duo autem insunt elementa dialecto Thessalicae: alterum Aeolicum, alterum occidentalis Graeciae proprium. Quorum de priore orto, cum Lesbii etiam tum incolebant Thessaliam, verba feci in parte prima. Alterum elementum Graecorum est eorum qui Pindum transgressi in Penei fluminis vallem invaserunt. De eis Boeoticis, quae hanc linguae Thessalicae partem attingunt, hoc loco dicendum est.

§ 12. De  $\tau\tau$  orto e consonis quibusdam inter se vicinis.

1.  $\tau\tau$  ortum e  $\delta + \sigma$ .

*καταδουλίττασθη* 3083 22, 3198 4; *καταδουλίτταστη* 3200 10, 3201 7, 3203 9, BCH 19. 157 Π 5; *κομιττάμενοι* 2406 8, *κομίττη* 3172 151; *ἀπολογίττασθη* REG 12. 72 23. 26, *-αττη* 3172 140; *δριττ[ά]ριων* 2792 3; *κατασκευάττη* 3169 9, REG 12. 71 13; *ἐψαφίττατο* 3054 8, 3172 113.

In titulo 3172 147 et dialecto et sensui adversatur [*ἀνά*]γ-*κασαν*. Optimo iure igitur Dittenberger correxit [*ἀνα*]γ*κασ(θ)είσαν*: non dubium est, quin lapicida, cum prius  $\sigma$  incidisset, errore iam alterum exarasse sibi visus sit. — Formam *ἀγώρασσην* REG

12. 7121 non expedio: *ἔρμασσις, ἀποστέγασσις* Trozeniorum comparari nequeunt, cum illa nomina optime consentiant cum optativo aoristi *δικάσσαιεν* Argivorum (Dittenberger Syll.<sup>3</sup> 4288).

2. *ττ* ortum e *τ + j, θ + j*.

*χαρίφειταν* Fröhner Monum. et mémoires 1896 I; *δοπίτια* 240612, *δοπίτιον* REG 12. 7228. 30; *δοπίτιοι* in titulo Aegostenitano 2074. 11.

*περιπτόν*<sup>1)</sup> 308318.

*διὰ μέντω* 242020.

Eodem *τ* spectat nominis viri *Τευμασιγένεις*, si modo recte lectum est a Reinachio REG 12. 7473: me oculos deficere fateor. De *τευμασι-* verba fecit Bechtelius Bezz. Beitr. 26. 148.

3. *ττ* ortum e *κ + j, χ + j*.

*θάλατταν*<sup>2)</sup> persaepe habes velut in titulis 504 — 510 tertii saeculi sub finem exaratis. Contra *θάλασσαν* non exstat nisi in titulis post a. 250 incisus (ut 16645), uno lapide 2408 excepto, cuius inscriptio iam a. 364 vel 365 orta dialecti nequam est perquam Boeoticae; ergo nihil ad rem pertinet.

Præsens *πράττω*, cuius participium habes in *πραττώσας* 3172146, analogia natum est. Sed verum præsens lege illa magna Gortynia innotuit, cuius tabula prima ostendit *πράδδεθθαι*. Juxta aoristos *καρῶξαι, δρύξαι* simm. cum praesentia *καρῶττω, δρύττω* exstarent, ex aoristo *πράξαι* praesens *πράττω* ductum est.

4. *ττ* originis incertae:

*Κίττος* 17529. Nomen comparativum est, etiamsi quae ratio inter hominem et hederam intercedat non perspiciamus.

*Φέτταλος* 664. 24308.

Idem *τ* productum apud Cretes deprehendimus: in magna Gortyniorum lege *δάττωνται, ἀποδάτταθθαι, δοπίτιοι, ἰάτται* reperiuntur. Sed quod nostra maxime interest, eundem sonum in eisdem sedibus Thessali quondam ediderunt, id quod inde potissimum luce clarius apparet, quod vernacula lingua dicti sunt *Πετθαλοί*. *Πετθαλός* Thessalorum ac *Φετταλός* Boeotorum

1) Explicuit Boppius comparatis derivationibus vocum Indicarum *apatyā-, nityā-*. Eadem ratione *ἔπισσαι* et *μέτασσαι* Homeri formatas esse perspexit Ebel (in Kuhnii diar. 1. 302).

2) Conferas velim *θαλάγγαν· θάλασσαν* Hesychii.

(unde *Θέτταλος* nomen proprium) una eademque vox est. Vestigia eiusdem  $\tau$  producti in eis Graeciae regionibus, quas Thessali incolebant ante, quam Pindum superarent, Gu. Schulze collegit GGA 1897. 901.

§ 13. De  $\nu\theta$  in terminatione verbali pro  $\nu\tau$  adhibito.

Pro Atticorum  $\tau$  Boeotice  $\theta$  habes in verborum terminationibus  $\nu\theta\iota$ ,  $\nu\theta\omega$ ,  $\nu\theta\eta$  vel  $\alpha\theta\eta$ ,  $\nu\theta\omicron$ :

1.  $\nu\theta\iota$ :

*ἀναλώσωνθι* BCH 21. 55410, *ἀποδεδόανθι* 317135, *διαιτελίωνθι* 24069, *δάωνθι* 22285 (*ζώωνθι* 33034, 33156, *ζῶνθι* 33526), *ἐκποιίωνθι* REG 12. 7224, *ἴωνθι*<sup>1)</sup> BCH 21. 5549, *οὔσονθι* 173915.

In titulo Aegostenitano 207 Boeotice composito inveniuntur *παρίωνθι*, *ἐκτεθήκανθι*, *καλέωνθι*.

$\theta$  illud quamdiu in usu fuerit, inde perspicitur quod inter ea quae modo tuli exempla, alterius saeculi sunt 3303. 3315. 3352.

Servatum est  $\tau$ , si qua praecedit aspirata consona ita, ut anterioris syllabae initium sit. Quamobrem apud Boeotos semper exstat *ἀντίθεντι*, e. g. 32013.

Sequitur, ut  $\tau$  coniunctivi *ἐπιτελέσσωντι* (24108) et aliarum formarum a Boeotico more abiudicandum sit. Ac mihi quidem ex Aetolorum scribendi usu videtur irrepsisse.

2.  $\nu\theta\omega$ :

*δαμιώνθω* 31986, *ἔνθω* 317288, *καρουξάνθω* BCH 16. 458 III5, *οὔπερδικιόνθω κῆ προϊστάνθω* 30805, 30815, *σουλώνθω* 319913, *στασάνθω* REG 12. 7116.

In titulo Aegostenitano 207 *ἀνγραψάνθω*.

3.  $\nu\theta\eta$  vel  $\alpha\theta\eta$ :

*ἀδικίωνθῃ* 33927, *ἔστροτείαθῃ* 317427, 31756, *μειμίσθῶαθῃ* BCH 21. 5546.

In titulo Aegostenitano 207 *παργινώνθῃ*.

1) Recte distinxit Meister (Sitzungsber. der S. Gesellsch. d. Wiss. 1899, 142).

## 4. νθo:

ἐποιήσανθo 3172106, συνεβάλονθo 241820, 31912.

ἀπεγράψανθo saepissime exstat velut in titulis 2809—2832, qui omnes post annum 250 ac plerumque saec. a. Chr. n. altero incisi sunt. Neque tamen nisi ter τ istud volgare reperitur. ὑπεγράψανθo BCH 21.554<sup>14</sup> scriptum est, sed in versu sequenti ἐμισθώσαντο habes; titulus anno 250 recentior est.

In origine investiganda viri docti multa periclitati sunt. Ac mihi quidem maxime arridet coniectura ea quam Guilelmum Schulze secum communicasse mihi narravit Bechtelius: aspiratam consonam in verbi substantivi tertiis personis pluralis ortam inde in cetera verba translata esse. Origo illa in verbo substantivo facilis erit intellectus, si Graece sonum *h* memineris sedem mutare. Quo fieri poterat ut *ηντι*, *θέντω* cederent formis *ἐνθι*<sup>1)</sup> *ἐνθω*, quarum θ soni τ cum *h* coniuncti signum est.

Una gens Graeca in eadem verborum sede atque Boeoti aspiratas offert: Thessalos dico. In titulo illo Larisaeo ἐγένονθo et ἐφανγγένθειν traduntur (Coll. 345.12.41); in eiusdem civitatis alio coniunctivus<sup>2)</sup> κατοικείουνθι scriptus est (BCH 13.378 nr. I 3). Quae res ad affinitatem Boeotorum recte diiudicandam maximi momenti est.

## § 14. De δδ pro Atticorum ζ scripto.

Attici ζ locum obtinet δδ Boeotorum, quod vocum initis in simplex δ mutatur.

1. Intra vocem δδ exstat in

γραμματίδδοντος, quod persaepe exstat, e. gr. 24206.15.33, δοκιμάδδει 17397, 317268, κατ[α]δουλίδδειτη, καταδουλιδομένως BCH 19.157 II 5.8, ιαρειάδδοντος saepe, e. gr. 32002, λάδδουσθη 30546, σχολάδδων 28496, τρεπέδδας et τρεπεδδίτας 3172139, 242034, ἐπεψάφιδδε saepe, e. gr. 3172109.142.

Post a. 250 non desunt exempla scripturae γραμματίδδοντος 28193, 28205, 41372 al. Eodem spectat νομιδέμεν BCH

1) ἐντι in codicibus Aristophanis Ach. (v. 902) errori debetur.

2) Primus recte interpretatus est Gu. Schulze GGA 1897. 881.

19. 157 Π 9. Sed multo plura eodem tempore exempla sunt scripturae δδ (ut 2815, al.).

In compositionum compagibus δδ habes:

*Πολύ-δδαλος* 1888 α 9 (anni 424), *περί-δδνγα* REG 12. 76 54 (verg. saec. III).

2. In initio vocis δ exstat in

*δαμιώνθω*, *δαμιωέμεν*, *δαμιώντες* 3198, BCH 19. 157 Π 7, I 4, 3198 — 3204; *Δεύξιππος* 2434 14, 3175 17 cum hypocoristicis *Δεξις* 2798 et *Δευξίας* 2231 (cf. Add.), 2717 16, BCH 21. 555 28. 29, *δάει* 1778 1 al., *δώνθι* 2228 5, *Δώπουρος* 947, *Δωπύραν* 2228 3 (saec. III verg. aut ineunt. II), *Δώϊλος* quinquies, e. gr. in 945.

Volgare est ζ, habes saeculo II: *ζάει* 3377 10 al., *ζώνθι* 3303 4, 3315 6, *ζώνθι* 3352 6, *Ζωπουρίνα* 3352 4.

Sonus δδ, qui et mediae dentalis cum *i* consonanti coniunctae et spirantis palatis *j* progenies est, praeter Boeotos Eleis et Cretibus proprius fuit. Sed ad affinitates Boeotorum recte definienda maioris momenti est illud, quod Thessali quoque stant a Boeotorum partibus: testis est *ἐξανακάδεν* inscriptionis illius de honoribus Sotaero tribuendis.

### § 15. γίννται.

Praesens γίννμαι in titulis Boeoticis bis legitur:

*γίνντη* 1737 5,

*τὸ γινιούμενον* 3303 6.

Accedit τὰς *παργινυμένως* tituli Aegostenitani 207 (v. 7).

Congruunt cum Boeotis Larisaei: *τὰν δνάλαν κίσκε γινύειται ἐν τάνε*, et *τὰν δνάλαν τὰν ἐν τάνε γινυμέναν* legitur in titulo celeberrimo, quem Lollingii sagacitati debemus (Coll. 345 22. 45).

Exortum esse censeo praesens γίννμαι e γίγνομαι Prellwitzii sententiam amplexus, qui in dissertatione De dialecto thessalica ita scripsit: „*Γίγνομαι* forma ab Atticis servata satis antiquo tempore \**γίννμαι* factum in analogiam verborum *ζεύγνυμι*, *μίγνυμι*, *ἔγνυμι* cett. transiit“ (pag. 13).

\* \* \*

Thucydides memoriae prodidit Boeotos antiquitus Arnae habitasse, deinde sexagesimo post Troiam dirutam anno a Thessalis expulsos sedes in Boeotiam transtulisse<sup>1)</sup>. Atque e dialectorum affinitatibus modo expositis concludendum est hunc auctorem gestas res narrasse, non fabulas; etenim qua ratione alia explicari possint affinitates illae, nisi ita ut gentes quae eis coniunguntur inter se cohaesisse pro certo sumas, equidem non video.

Caput alterum.

**Quae affinitates intercedant inter dialectum Boeoticam et Graecorum occidentalium dialectos eorum, qui mediam Graeciam obtinent.**

§ 16. De participiis praesentis in *-είμενος*.

In titulo Coronensi 2858 haec legis:

*Ἐπιδὲ Τίμων..... χρείσιμός ἐστι τοῖς δειμένοις.*

Formam *δείμενος* rectissime Dittenberger ita illustravit, ut e *δεφέμενος* repeteret. Addidit participium *ἀδικείμενος*, quo Aristophanis homo ille Boeotus utitur, eodem modo ex *ἀδικεέμενος* fluxisse putandum esse, nam Aeolensium moris verba contracta ad normam verborum in *μι* declinandi ne levissimum quidem vestigium in titulis Boeoticis comparere.

Participia in *-είμενος* nusquam Graeciae reperiuntur nisi apud Locros et Delphos; de Eleis res incerta. In lege de colonia Naupactum mittenda *ἐγκαλειμένωι* scriptum est (IGS III nr. 334 41); titulis Delphicis *ἀφαιρείμενος, καλειμένας, ποιείμενος* simm. praebentur (cf. Wendelii indicem 191).

De origine participii in *-είμενος* difficile est iudicatu. Nescio an suspicari liceat *ἀδικεέμενος* ex *ἀδικεόμενος* ea lege ortum esse, quam Ioannes Schmidt KZ 32. 321 sqq. olim valuisse demonstrare conatus est. Quae lex si recte statuta est, possis conicere in eiusmodi participiis vocalem eam, quae

1) Thuc. I 12, 3: *Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν ἐξηκοστῶι ἔτει μετὰ Ἰλίου ἔλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ὠκίσαν.*



suffixo antecedit, *o* fuisse tum, cum accentu fuit insignis, mutasse qualitatem, cum accentu caruit; fuisse igitur aetatem, cum Graeci *ἀδικεόμενος*: *ἀδικεμένω* declinarent; eamque declinationem a mediae Graeciae incolis ita esse mutatam, ut *ε* in omnes casus induceretur.

§ 17. De verborum in *-δδω* temporibus sigmaticis.

Eorum praesentium quae Attice in *-ζω* cadunt, aoristus sigmaticus efficitur a Boeotis dupliciter: habes formas in *-ττα*, ex altera parte in *-ξα*. Ac de illis quidem iam antehac verba feci, cum eas exponerem ab eis Graeciae occidentalis incolis repetendas esse, qui *Φετταλοί*, *Φαντικός*, *Βουτικός* pronuntiarent (in § 12). Restat igitur, ut de aoristis in *-ξα* disseram. Exempla sunt haec:

*ἰαρειάξασα* 2876 3, *ἰαρειάξασα* 1816 2; *ἔκομιξάμεθα* 1737 21; *ἐμέριξε* 4137 5; *ἐπεσκέαξε* 2876 8. Accedit aoristus *ἑσοίξα*, cuius testis est *Σοίξιππος* 2440 2.

Constat ξ illud, quo aoristi *ἰαρειάξαι*, *κομίξαι*, *μερίξαι*, *σμενάξαι*, *σοίξαι* instructi sunt, antiquitus proprium fuisse non nisi stirpium gutturalium. Neque vero minus constat ab Aetolis, Locris, Phocensibus hoc ξ in verborum declinationem inductum esse eorum, quorum litterae ξ consona subest non gutturalis. Qua in re sat est commemorasse formam *ἠλαξάστω* tituli Delphici perantiqui, quem nuper Francogalli ediderunt (BCH 23. 611), ex quo dialectos Delphorum Locrorumque occidentalium artissimis vinculis coniunctas fuisse apparet. Analogiae eius quam descripsi participes esse Boeotos formis *ἔκομιξάμεθα*, *μερίξαι* certissime demonstratur, quoniam praesentium *κομίζω*, *μερίζω* sono ζ inesse dentalem edocemur nominibus *κομιδή*, *μερίς*. Quae cum ita sint, Boeotorum aoristos in *-ξα* ex eodem fonte ducere licet, e quo ceteri mediae Graeciae incolae maximeque pars Dorum hauserunt.

§ 18. De nomine *Βοιωτός*.

Derivationis ratione ea, qua insigne est Boeotorum nomen, ad gentis originem certe definiendam quam maxime adiuvamur. Fickius enim ad Coll. nr. 334 haec adnotavit: „Die Ethnica auf

-τός sind bei den Nordgriechen beliebt: *Βοιωτός*, *Ἀποδοτός*...., am häufigsten in Epirus....: *Δοεσσός*, *Καρτατός*, *Κλαθιατός*, *Ῥοιατός*, *Ῥγγεσσός*, *Φοινατός*“; de quibus ethnicis iterum verba fecit Bezz. Beitr. 26. 247. Unde profectus Otto Hoffmann rectissime exposuit Boeotos gentis Transpindanae quam vocat partem fuisse nomenque *Βοιωτοί* eam ob rem accepisse, quod priscis temporibus sub radicibus Boei montis sedes habuissent. (De mixtis Graecae linguae dial. 34).

### § 19. De nominibus in -κλέας.

A nominibus in -κλέφης hypocoristica in -κλος proficiscuntur, a quibus nomina terminatione -έας insignia derivata sunt. Quorum exempla quattuor in titulis Boeoticis reperiuntur:

*Διοκλέας* (Tanagrae) 1630 (titulus aetatis recentissimae); *Μνασικλίας* (Tanagrae) 1219; *Ξενοκλίας* (Acraephiae) 2715 1, 4132 5; *Σανκλίας* (Thespiis) 3193 8.

Nominibus in -κλέας maxime Thessalos favisse intellegis ex eis, quae Fickius et Bechtelius GP<sup>2</sup> 169 collegerunt. Sed ne ab Aetolorum, Locrorum, Phocensium quidem sermone erant aliena. In titulis Delphicis a Baunackio editis occurrunt Aetoli *Διοκλέας* 2564 4, *Οἰνοκλέας* 2525 4; Amphisensis *Ἀριστοκλέας* 2223 6; Lilaeenses *Καλλικλέας* 2048 15, *Νικοκλέας* 2172 15; accedit *Δαμοκλέας* Tithorensis IGS III nr. 189 3. Nomen *Πηλεκλέας*, quod invenimus Erinaeo cuidam homini inditum Coll. 1719 3, aut e Boeotia originem ducere aut ex Thessalia vix est quod moneam.

Ut eae Graeciae regiones, de quibus agitur, nominibus in -κλέας abundant, ita non abundant ceterae. Conferas velim amplissimum catalogum ephedorum Eretriensium, quem postremus Stauropulus *Ἐφ. ἀρχ.* 1895. 131 sqq. edidit: inter tot nomina in -κλέης, -κλήης ne unum quidem reperies quod terminatione -κλέας exornatum sit<sup>1)</sup>. Quod casu fieri non potuisse pro certo habeo.

1) Nam genitivos in -κλέω non ad nominativos in -κλέας, sed in κλέης referendos esse inde apparet, quod *Ῥνήριμος Μεγακλέω* (151) pater est eius qui sequitur *Μεγακλήης Ῥνηρίμου*. Cf. quae Kretschmer exposuit KZ 33. 569 sq.

## § 20. De praepositione ἐν-ς a Boeotorum sermone aliena.

Constat Atticorum, Lesbiorum, Dorum εἰς, Ionum, Dorum ἐς ex ἐνς emanasse, quam formam Argivi et Gortynii retinuerunt<sup>1)</sup>. Boeoti σ non affigunt; vocabulum ἐν significationi est eis non modo in eodem loco manendi, verum etiam alio transeundi vel locum mutandi. Quod hinc videmus:

1. Praepositionem ἐν cum accusativo coniunctam habes in: ἐν τὰν Ἀσίαν 3206, ἐν τὼς δολίτας [κῆ] ἐν τὼς ἱππότητας 17473, τοὺ ἀπεγράψανθο ἐμ πελοπόρας amplius tricies ut 27154, ἐν στάλαν 3172131.

2. Praefixum ἐν vi praefixi εἰς praeditum comparet in ἐνφερέμεν BCH 19. 157 Π8, ἔμπρακτος 317154, ἔππασις persaepe in tit. honorariis, ἐππάματα 3172 quater; ἔππασις, ἐππάματα ex ἔμππασις, ἐμππάματα orta esse videbimus.

3. Idem quod Atticis est ἔστε, Boeotis est ἔντε (quod cum ἔντε Locrorum, ἔντε Phocensium cohaerere re ipsa patet): ἔντε κα(ν) δάει 30547, ἔντε τῶν δρων τὸν μέσον 317013.

Congruunt cum Boeotis Aetoli, Loeri, Phocenses, Elei, nec non Thessali<sup>2)</sup>. Similiter Arcades Cypriique ἰν cum utroque casu coniungunt. Cum eidem consuetudini Itali, Germani, alii adstricti sint, dubitari non potest, quin Boeoti quique cum eis consentiunt veterem morem retinuerint, cum Attici, Iones, Lesbii, Dores formas ἐνς, ἰνς novarent. Sequitur, ut ei qui origines Boeotorum investigare sibi proposuerit, ex hac quidem similitudine Boeotos cum ceteris gentibus affinitate coniunctos fuisse concludere non liceat.

\* \* \*

1) ἐνς Ἀθανάλαν CIG Pelop. I nr. 5547, ἐνς ἀγοράν Amer. Journ. of Archaeol. sec. Ser. I 212.

2) In earundem gentium numero Megarenses duxit Brugmann (Griech. Gramm. 438). Iniuria, si quid video. Occurrit enim ἐν non nisi in titulo Pagaeo valde dilacerato 189 (ἐν τὰν αὐτὰν στάλαν v. 26) et in titulis Aegostenitanis 210. 211 (ἐν πελοπόρας ἀπεγράψατο); in ceteris titulis et ipsorum Megarensium et colonorum εἰς adhibetur. Cum in catalogo 214 et ipso Aegostenitano ἐν πελοπόρας ἀπεγράψανθο scriptum sit, non debet dubitari, quin ἐν una cum formula ἐν πελοπόρας ἀπογράφεισθαι de Boeotis deprompta sit. Si quis igitur Megarenses a

Eo tempore, quo Aetoli fines imperii propagarunt, nonnulla sermonis Aetolorum propria sermoni incolarum Boeotiae urbium quarundam sunt admixta. De quibus hoc loco verba faciam.

1. In titulis Orchomeniis sub finem saeculi a. Chr. n. tertii incisus *στ* pro *σθ* scriptum invenies:

3172 140 ἀπολογίτταστη, 3198. 3199. 3200. 3201. 3203.  
3204 καταδουλίτταστη μειδὲ ἐφάπτεστη, BCH 19. 157 II 5  
καταδουλίτταστη.

2. In titulis eiusdem aetatis ab Orchomeniis, Tanagraeis, Chaeronensibus, Chorsiensibus conceptis dativus qui vocatur Aetolicus deprehenditur:

ἦγγυς 317139 (Orch.),  
ιαόντυς . . . ἢ μεταφερόντυς REG 12. 715. 6 (Tan.),  
τύς γονέυς 33485 (Chaer.),  
τύς χρειάν ἐχόντ[υς]<sup>1)</sup> 238315 (Chors.).

3. In titulis Orchomeni post a. 250 a Chr. n. incisus praesentis *δαμιώω* vestigia deprehenduntur:

δαμιώμεν (id est ζημιόων) BCH 19. 157 II 7,  
δαμιώοντες 3198—3204, BCH ib. I 4.

A Boeotorum vetere sermone aspiratam in tenuem mutatam et dativos tertiae declinationis terminatione *οις* ornatos abhorrere, ea in re viri docti consentiunt. Sed de origine praesentis in *ώω* discrepant sententiae: Otto Hoffmann *δαμιώω* a dialecto Aeolica repetendum esse censet (De mixtis Gr. linguae dial. 14), Guilelmus Schulze, si eius verba recte intellego, Boeotos illius declinationis compotes fuisse iudicat una cum Aetolis et Phocensibus temporibus iam priscis (GGA 1897. 895). Quibus calculum quominus adiciamus eo impedimur, quod eiusmodi formae non inveniuntur nisi sub finem saeculi tertii neque usquam Boeotiae nisi in urbe eadem, cuius incolas eadem aetate e lingua Aetolorum recepisse alia certum est.

Ac Boeoti quidem, quod narravit Polybius, cum Abaeocrito duce in pugna Chaeronensi ab Aetolis devicti essent,

ceterorum Dorum consuetudine facit discrepantes, is uno illo titulo Pagaenititur, cuius sermo qua sit condicione quicquam pro certo dici nequit.

1) suppl. Foucart.

ἐγκαταλιπόντες τοὺς Ἀχαιοὺς προσέειμαν Αἰτωλοῖς τὸ ἔθνος (Pol. XX 5). Quam pugnam cum a. 245 fuisse sciamus, vestigia sermonis Aetolici quae in titulis Orchomeniorum, Tanagraeorum, Chaeronensium, Chorsiensium saeculo tertio vergente conceptis comparent, ab eo ipso anno in Boeotorum sermonem irrepsisse concludemus.

Caput tertium.

**De Boeoticis item occidentaliū Graecorum propriis omnium.**

A. DE SONIS.

§ 21. De productione suppletoria.

Constat nasales et liquidas cum *j* aut *s* coniunctas lingua Graeca non tolerari sed in *νν*, *μμ*, *ρρ*, *λλ* verti. Eas consonas productas post vocalem correptam Lesbii Thessalique retinent, ceteri Graeci non servarunt: plerumque correpta vocalis duplici liquida vel nasali excepta productae vocali cessit, quam consona excipit simplex. Hac eadem ratione Boeotos usos esse demonstraturus sum, ita quidem ut *s* finale et *s* ex *ts*, *tj* ortum primo omittam.

a) *s* + *n*:

*Φάεινος* 1745 2, 3287 2. — Consentit *Φάηνος* in nummis Argivorum (Coll. 3312), dissentit *φάεινος* Aeolensium Anecd. Ox. II 273, 31.

*Διώνυσος* subest in *Διωνυσόδωρος*, *Διωνύσιος*, *Διωνύσιχος* nominibus creberrimis. Conferas velim *Ζώνυσος* Lesbiorum (Ins. II nr. 69a 5, b 3), *Διονύσοι* Thessalorum (Coll. 1329 II a 11).<sup>1)</sup>

b) *s* + *m*:

Verbi substantivi formae *εἰμί*, *εἶμεν* persaepe exstant cf. 593. 595. 605 (*EMI*), 3969 (*EIMI*, litt. dom.), 3198 3

1) *Διώνυσος* Eleuthernaeorum (Mith. 10. 92) aetati inferiori tribuendum est quam *Διώνυσος* Boeotorum et Arcadum (*Διωνύσιος* Coll. 1246 A 4), eidem fere cui *ἀμφιλλέγειν* Delphorum, Megarensium, Cretum (Coll. 2561 A 42, 3025 3, BCH 3. 292 10). Quod in Iliade traditur *Διώνυσος* (Z135), id cum legibus neque Aeolici neque Ionici sermonis conciliari potest.

(εἶμεν). — In lege de colonia Naupactum mittenda εἶμεν, ἐξεῖμεν exstant; Lesbiorum ἐμμὶ, ἔμμεναι, Thessalorum ἐμμὶ, ἔμμεν quis est qui ignoret?

ἀμέω[ν] 2383 9. — Heracleotae Lucaniae *ἡμέες* scribunt (Coll. 4629 I 50), Larisaei ἀμμέ, ἀμμέον (Coll. 345 13. 12).

c) *s + l*:

χείλιοι 2419 4. 7. 8, 2418 15, 3171 39, 3172 septies. E χείλιοι profecta est forma χίλιοι, quam semel habes in 3172 118 (tit. verg. saec. III), 1737 19, 4137 4. — Lacedaemonios χήλιοι pronuntiasse constat e titulo Coll. 4413; apud Lesbios χέλλιοι viguisse ex forma χέλληστυς (Ins. II nr. 498 13) elucet.

d) *n + s*:

παρμείναντα 3083 10; παραμίναντας 3322 7, παραμῖναν 3325 3.

e) *l + s*:

ἀνάγγελε 4136 2, ἀπεστείλαμεν 1737 16.

Cf. παραμεινάτω et παραμήναι in titulo Strationum IGS III nr. 447, συμμενάντων et ἀπυστέλλαντος in titulo Larisaeorum Coll. 345.

f) *r + j*:

Ἀρτάμιδι Σωτείρη 2232. Παμπείριχος 4261; eiusdem viri nomen Παμπίριχος scribitur 4260 1 (paulo post 250 a. Chr. n.). Eadem scriptura occurrit in Παμπίραο 3068 11 et ἀγιρέμεν 4136 4. — Recordare quaeso nomen Ἀπειρώτας, cui subest ἄπειρος appellativum, quod primus Lottner (KZ 7. 180) cum nostro *ufer* cognatum esse intellexit; Aeolenses ἄπερρος dixisse grammatici testantur.

g) Originis incertae:<sup>1)</sup>

βείλετη (e. g. BCH 21. 554 2. 7), βωλά e. g. 529 1 et in nominibus Ἀυτόβωλος, Νικοβώλα simm. — Heracleotarum δήλωνται,

1) Brugmannus earum quas enumerabo vocum λλ Aeolicum e λν emanasse professus (Griech. Gramm.<sup>3</sup> 73) mihi non persuasit. Nam ubicumque consonae duplices duci possunt a liquidis coniunctis cum nasalibus certo veriloquio, λ duplex post vocalem brevem in omnibus Graeciae civitatibus persistit integrum. Demonstratur exemplis prolatis ab

Argivorum βωλά (Coll. 4629 I 146, 3277 15) fuit; Larisaei βέλλειται (Coll. 345 20), Lesbii βόλλα (Ins. II nr. 4 3) pronuntiaverunt.

ὄφειλι 1738 4. — Congruit ὄφείλη in lege Labyadarum (Coll. 2561 C 17); Lesbiis placuit ὄφέλλην (Ins. II nr. 67 7).

Ex eis quae attuli exemplis intellegitur a Boeotis duplices consonas eadem ratione in simplices mutatas esse qua ab Aetolis, Locris, Phocensibus, Doribus. Atque *e* productum ut vocalis erat inter *ē* et *ī* in medio posita, quae medio fere saec. tert. ad pronuntiationem *ī* pervenit, ita *o* productum a vetere *o* longo aberat minime. Namque *o* productum inde a litteratura Ionica recepta semper scribitur littera Ω, cum *e* productum iam domesticae litteraturae aetate non raro litteris *EI* coniunctis exprimatur.

Restat ut de eo *s* cum *n* coniuncto agamus quod adhuc omittebam.

Ac primum quidem *ns* in finibus vocabulorum versatum consonam *s* continet aut veterem aut ortam ex *ts*. Quibus in formis Argivi Cretesque *vs* retinent. Habes e. gr.

τὼς Φιδίως δούλως 3317 3: τὼς ἐγραμμένους leg. Gort. XII 30;  
τὰς Φιδίας δούλας 3305 2: τὰς ἀπλόους τιμάνς ib. I 47;  
τρῖς et τὰς ἐμπράξις 3172: τρίνης ib. V 54;  
καταβάς 4136 1: ἡ καταθὲνς ἡ ἐπισπένσανς ib. VI 19.

Deinde *ns* in media voce exstat atque ita quidem, ut *s* e duplici *s* ortum sit, cui subest *ts* aut *tj*<sup>1</sup>). Exempla sunt dativi plur. stirpium exitu *nt* insignium earundemque stirpium femina. Hic Argivi Cretesque nec non Thessali atque Arcades *vs* servarunt. Habes e. gr.

πᾶσι in Πασάρετος 3179 19: νικάσανσι leg. Gort. XI 39;  
πᾶσαν 4136, παρμείνανσαν 2228 3: πάνσα Pharsali (Coll. 326 2);

ipso Brugmanno: ὀλλυμι — ὀλέσαι, ἔλλός — ἔλαφος, palaeosl. *jeleni* (G. Meyer, Bezz. Beitr. 5. 184), Παλλάς — palaeotheod. *folo* (Fick, Bezz. Beitr. 22. 125). Formae *gelnomai*, *foφέλνω*, *φέλω*, *φολναμός*, *φόλνος*, quarum progeniem *βειλομαι*, *ὄφειλω*, *εἴλομαι*, *οὔλαμός*, *οὔλος* esse comperimus, aut prorsus ficticiae sunt aut falsae: neglexit Brugmann glossam *γόλαμος*· *διωγμός* (Hes.) a. Gu. Schulze (QE 18) in censum vocatam.

1) Cf. ἀνταποδιδῶσα in titulo Damocratis (Coll. 1172 17).

σταθεῖσα 3170 1: κύνεσαν Lycosurae (Dittenberger Syll.<sup>2</sup>  
nr. 939 12);

ἑώσας 2223 7, τᾶν Μωσῶων 2410 3: καταλιπόνσα leg. Gort.  
VI 32.

Quibus in exemplis vocales productas deprehendimus easdem, de quibus ante verba feci. Quamquam scripturam recentiore *ι* pro *ει* mihi occurrisse non memini; sed casui tribuendum esse censeo.

Numquam vocalis producta in correptae locum succedit, si duarum, quae brevem excipiunt consonarum, altera fuit digamma. Dixerunt igitur Boeoti ξένος, ἔνα- et ἔνατος, κόρα, ὄρος; apparet eos item corripuisse *α* vocis καλός<sup>1)</sup>.

Litteraturae Ionicae tituli omnes ξένο- habent, e. gr. Ἐπιξένω 2782 21. Sequitur ut domesticae quoque litteraturae ΨΞΕΝΟ- legendum sit ξένο-.

ἐνακηδεκάτη reperitur 3172 96, ἔνατον BCH 21. 555 27.

Litteraturae Ionicae tituli ad unum omnes κόρα, κόρος praebent: κόρα 710—712, κόριλλα 713—721, Κορίνα 1161, κοριδίω 2421 6, Διοσκόροις 554, Διοσκορίδας 929. Sequitur ut domesticae quoque litteraturae ΦΟΡΑ, ΦΟΡΟΞ legenda sint γόρα et γόρος<sup>2)</sup>

ὄρος 1785 1, persaepe in tit. 3170.

Eodem modo apud Locros eorumque affines *Ϝ* plane evanuit. In lege de colonis Naupactum mittendis ξένον comparet (IGS III nr. 334 2), in lege Labyadarum ηενάταν (Coll. 2561 D 7), in plebiscito Aetolorum ὀρίξη (Coll. 1413 18). Dores inter se discrepant.

## § 22. De Dorica quae vocatur contractione.

Graeci occidentales contractionis ea lege utuntur, cuius prior pars ab Atticorum Ionum, Arcadum Cypriorum, Lesbiorum Thesalorum consuetudine plane diversa est:

1) ξένος, κόρα, ὄρος, καλός littera *Ϝ* scripta in titulis deprehenduntur; ἐνα- et ἔνατος et veriloquio et ea lege postulantur, quam Wackernagel KZ 25. 260 sqq. constituit.

2) Non recte igitur Dittenberger scripsit γάρω 3992.



- a) Vocalis prior si correpta fuit, alterius vocalis tamquam colore est syllaba contracta;  
 b) Vocalis prior si producta fuit, eam ipsam sequitur syllabae contractae color.

Boeoti ut multo rarius quam ceteri Graeci contractione usi sunt (id quod in parte quinta exponetur), ita nihilo minus eandem legem non ignorabant. Quod hisce exemplis perspicitur.

Ad priorem regulae partem spectat *πρᾶτος* ordinale, quod recte viri docti ex *πρό-ατος* profectum esse censent.<sup>1)</sup> In titulis inveniuntur *πρᾶτω* 3171 27, *πρᾶτον* 3175 6, *Πρᾶταρχος*, *Πρατίνας* cett.

Eadem forma Graeci utuntur occidentales, e. gr. Lacedaemonii: *Πρατόλα* Coll. 4440 4.

Ad alteram legis partem pertinent genetivi in *-ᾱ*, deinde *ᾱς*, *ᾱᾱ-*, *τᾱν*.

In genetivis stirpium exitus *ᾱ* non coalescunt vocales nisi aetate recentiore. Quod infra accuratius exponam; hoc loco sat est adnotasse genetivos *Ἐυρέα*, *Σωκλείδα* 2420. 2787, ex quibus apparet tertio saeculo contractionis legem valuisse eandem atque antea.

Vox *ἄφος* Boeotice *ᾱς* evadit. Saepe comparet in tit. Chaeronensibus de servis manumittendis 3303 cett., qui omnes saeculi sunt alterius. In paucis eiusdem aetatis laterculis (3315 5, 3386 12) *ἄως* quod emergit, inter *ᾱς* Boeoticum et vulgaris dialecti *ἔως* intercedere manifestum est.

*ᾱᾱ-* habes in *Ἀδάμας* 2296, *Ἀακράτεις* BCH 21. 552 4, *Ἀακράτειος* 3175 15, *Ἀακρατίδας* 2717 7, *Ἀάκρων* BCH 23. 198 VI 9, *Ἀάνομος* 1821, *Ἀαπομπίδαν* BCH 23. 92 11, *Ἀάφι[λος]* 2710; altera ex parte non contractis vocalibus *Ἀγεισίλαος*, *Ἀκουσίλαος*, *Ἀριστόλαος*, *Ἀρχέλαος*, *Περίλαος*, *Πιθόλαος*, *Πολύλαος* cett. Apparet Boeotos eadem ratione usos esse qua Arcades et Thessalos: coalescere *ᾱο*, si *λαός* collocatum est in nominis compositi parte priore, non coalescere, si in altera (Fick-Bechtel, Griech. Pers.<sup>2</sup> 189). Si quae formae cum ea lege pugnant, facile excusari possunt. Nam primum quidem

1) Cf. *ὑπατος*. E *πρώτατος* Graeci occidentales pro altera legis parte *πρωτος*, non *πρᾶτος* facere debuerunt.

*Λαόνικος*, quem patrem Argiliae habes in tit. 3206 15 anno 329 inciso, nescio an illic dictus sit vulgariter, id quod eo minus habet offensionis, quia in eodem titulo volgaria deprehenduntur alia (*στραταγιόντος, Τελεσάρχιος*, cf. § 2). Deinde quod *Ἀριστόλας, Ἀρχέλας, Θιοδεξίλας* iuxta *Ἀριστόλαος, Ἀρχέλαος, Δεξίλαος* occurrunt, sumamus licet cum Fickio et Bechtelio translata esse contractionem in nominum partem alteram e priore, idque initium cepisse a priore parte nominum eorum, quae constituta erant eisdem binis elementis, sed vice versa dispositis.

*τᾶν* ex *τάων* contractum in titulo Nicaretæ ter coniunctum se praebet cum *ὑπεραμεριάων* (3172 58.98.116); *τᾶν Μωσῶων* tituli est 2410.

Respondent legis Gortyniae formæ *καδεστᾶ, ᾶς, τᾶν τιμᾶν*.

### § 23. De assibilatione.

Consentiunt fere viri grammaticarum rerum periti, ubicumque *σ* ex *t* ortum compareat, id numquam effectum esse vocali *i*, tamquam dentalem exceperit, sed semivocali *j* ante vocalem ex *i* profecta. Quae formae contra eam legem pugnent, eas analogiae deberi. Negant ergo *σ* vocis *εἴκοσι* ita ex ea dentali, quae integra est in *Φείκατι* Heracleotarum, fluxisse, ut consona *t* vicina vocali *i* affectus sit; immo *σ* e *διακόσιοι, τριακόσιοι* simm. translatum esse. Neque minus negant eam tenuem, quae in *τριακάτιοι* Graecorum occidentalium offertur, antiquiorem esse quam sibilum illum quem Attici Ionesque et Arcades pronuntiant (*τριακόσιοι, τριακάσιοι*); immo illud *τ* ex *ἐκατόν, Φείκατι* translatum esse.

Quae res utut se habet, certum est in retinendo aut analogia restituendo sono *t* Boeotos stare a partibus Graecorum occidentalium.

I. *τ* vetus in tribus potissimum sedibus servatur.

1. Tertia sing. act. persona cadit in *-τι*:

*ἀντίθεται* persaepe, e. g. 3329 6; *ἀφίεται* 1779 2; *δίδοται* 3467.

2. Tertia plur. act. exit in *-ντι, -νθι*:

*ἀντίθεντι* persaepe, e. gr. 3315 3; exempla exitus *νθι* vide § 13.

## 3. Numerale viginti apud Boeotos fuit:

*Ψίκατι*, e. g. 3171 39.

Exitus verbi neque minus nominis numeralis eidem sunt atque apud Graecos occidentales. Adeas velim legem Labyadarum (Coll. 2561): reperies *ἀμφιλλέγοντι, ήίκωντι, παρέωντι, Ψίκατι*.

Nomina suffixo *ti-* derivata Boeotice in *σις* cadere solent: *ἀνθεσις, ἔππασις* persaepe, *ἔμβασις* 1739 10, *ἀπόδοσις* 3172 106, *μίσθωσις* et *πρόρρησις* BCH 21. 554 1. 2. At unum est vocabulum vetere *t* insigne: nomen dico vici *Ἐντρειτις*, Homeri *Ἐντρησις*, quod nomini *Ἐντρεϊφάντος* tituli 3467 subest. Vocis *λῶτις* velim memineris, quae bis legitur in titulo Delphico 2501 26.

II. *τ* restitutum in adiectivis suffixo *ιο-* derivatis agnoscimus.

1. Numeri aliquoties centuplices vocibus exprimuntur exitus *κάτιοι*:

*διακατίης* 3171 38, *πεντακάτιη, δεκακάτιη* 3172 168. 100.

2. Ab *Ἀφροδίτα* descendit *Ἀφροδίτιος*:

*Ἀφροδίτιος* 1757 23, *Ἀφροδίτια* 3303 3.

Ceterum cave patronymica *Λαμεδόντιος* 1747 5, *Ἐδρυφάντιος* 2431 11, 3206 8 eiusdem legis testes esse affirmaveris. Nam Thessalorum patronymicis *Λεόντειος, Ὀπλοῦνειος, Ἀντανόρειος* simm. efficitur exitum *-ειος* provinciae suae fines propagasse; quod idem apud Boeotos factum esse non est cur neges.

Iterum concinunt Boeoti cum Graecis occidentalibus. E titulis Cois mihi sunt praesto: *ἐναύτια* Coll. 3636 37, *Ἀρταμιτίον* 3718 2.

Formis, quas modo enumeravi, adversantur *Ἀφροδίσιος, Ἀρτεμισία, Προβασία, Φαδώσιος*. De quibus nunc est disse- rendum.

Atque *Ἀφροδίσιος, Ἀρτεμισία, Προβασία* quidem linguae vulgari tribuere non dubito. *Ἀφροδίσιος, Ἀφροδισία* saepe leguntur in titulis ad unum omnibus aetatis recentis aut recentissimae. *Ἀρτεμισία* comparet in titulo Thebano (2421 3), quem editores statuunt incisum esse medio fere saeculo tertio; sed ne

id quidem scimus, utrum mulier ea quae *Ταραντίνα* consecravit, civis fuerit an serva. *Προβασία* is nominatur fluvius qui per fines Orchomeniorum fertur influitque in lacum Copaida. Forma quam posui nominis ter in titulo 3170 scripta est; sed cum idem fluvius a Theophrasto (Hist. plant. IV 11, 8) *Προβασία* appelletur, Ahrensio censeo assentiendum esse, quippe qui a Boeotis ipsis *Προβασία* pronuntiatum esse contenderit (Diall. II 516); qua in re eo confirmor, quod in eundem titulum linguae vulgaris *ἐκ* et *μέσον* irrepserunt.

Aliter de nomine *Φαδώσιος* iudicandum est, quod exstat in titulo Thespiensi a Colinio edito (BCH 21. 555 18. 19). Idem esse atque *Ἄδούσιος* Atticorum (CIA IV suppl. I fasc. 2 nr. 53 a 3) idemque atque *ἄδούσιος* glossae huius Hesychianae *ἄδούσιον· ἄρεστόν, σύμφωνον* suspicatus est Bechtelius (Bezz. Beitr. 26. 151). Quod si recte disputatum est, sequitur ut *Φαδώσιος* eadem ratione ex *\*Φαδόντιος* profectum sit qua *γερούσιος, ἐκούσιος, ἐθελούσιος* e *\*γερόντιος, \*Φερόντιος, \*ἐθελόντιος*<sup>1)</sup>, id est ut *t* subsecuta semivocali *j* a Boeotis sibilatum sit non minus quam ab Ionibus Atticis, Arcadibus Cypriis, Lesbiiis. Porro efficitur, ut sonus ille sibilus *σ* nominis *Φαδώσιος* antiquior sit tenui *t* vocum *διακάτιοι, Ἄφροδίτιος*.

Inde de *Ἄφροδισα* forma recte nos iudicare posse spes est. Legitur in titulo quodam sepulchrali Tanagraeo (854); de eiusdem civitatis titulorum nominibus *Λαματρος, Καφισα* supra (§ 4) verba feci. *Ἄφροδισα, Λαματρος, Καφισα* una ratione explicanda esse ipsa re constat. Et quoniam illud videtur non dubitari posse, quin descendant *Λαματρος, Καφισα* e *Λαμάτριος, Καφισία*, hoc quoque certum est *Ἄφροδισα* respondere formae *χρυσσιτέρα* in eo fragmento Sapphus scriptae, ad quod versus finem § 4 provocavi. Quamobrem, si modo mulier *Ἄφροδισα* nata erat ibidem ubi defuncta est, concludi licet adiectivi ab *Ἄφροδίτα* derivati antiquissimam Boeotorum formam fuisse *Ἄφροδίσιος*, postea in *Ἄφροδισσῆος*

1) Colloquio Bechtelius me monuit participiorum stirpibus exitus *nt* a Germanis occidentalibus, Baltis, Slavis suffixum addi *ia* -: Lituanicos declinare *sukšs, sùkanexio, sùkanexiam*. . . .

abisse. Quod si verum est, trium aetatum formas exstare apud Boeotos statuendum est: antiquissimam Ἀφροδίσιος in Ἀφροδισα servatam; recentiorem Ἀφροδίτιος novo *t* instructam; recentissimam Ἀφροδίσιος e lingua vulgari receptam.

## B. DE DECLINATIONE.

### § 24. De pronomine reflexivo.

Atticorum pronominis ἐαυτόν locum Boeotice αὐτὸς αὐτόν obtinet. Coalescebant casus ambo inter se, tum prioris casus opprimebatur vocalis in proclisi ita, ut αὐσαντόν oreretur. Quod recentiore aetate ἄσαντόν scriptum videmus: de qua forma vide sis quid suspicatus sit Wackernagel KZ 33. 8.

#### 1. αὐτὸς αὐτόν:

ἕπερ αὐτὸς αὐτῷ 3055 9; ἔδωκαν κατ' αὐτὸν αὐτῶ[ν] 3172 121; τοῖς στρατιώτης αὐτοὶ αὐ[τοῖς?] 2406 (supplevit Dittenberger).

#### 2. αὐσαντόν:

[κ]ατ' αὐ[σ]αυ[τ]ῶν 3172 149 pro spatio legere malo quam cum Dittenbergero αὐ[τὸ]ν αὐτῶν. Idem αὐσαντῶν in titulo BCH 19. 157 II 9 comparat.

#### 3. ἄσαντόν:

ἄσαντῷ κῆ τῆ γου[νηκ]ί 3303; παραμείναντες ἄσαντῷ . . . κῆ τῆς γονεύς αὐτῷ 3348 4. Titulus uterque Chaeronensis est, saeculi secundi.

Reflexiva αὐτὸς αὐτόν, αὐσαντόν apud omnes Graecos inveniuntur occidentales. Quantum apud Delphos viguerint, e Wendelii indice diligentissime composito facile est cognitu; sermonis Dorici testes mihi sint et Heracleotae, qui τὸς πολιανόμως τὸς ἐπὶ τῷ Φέτειος ποθελομένως μετ' αὐτὸς αὐτῶν ἀπὸ τῷ δάμω (Coll. 4269 I 114) incidi voluerunt, et Calauraeatae, quorum civis quaedam ἀνέθῆκε τῷ Ποσειδάνι δραχμὰς τριακοσίας ὑπὲρ τε αὐσαντῆς καὶ . . . (Coll. 3380 1—3). Reflexivum αὐτὸς αὐτόν in locum pronominis simplicis successisse tibi persuadebis recordatus Eleos, quibus Aetolos immixtos fuisse constat, tertio fere saeculo haec scripsisse: ἂ πόλερ . . . φαίνεται χάριτερ ἀνταποδιδῶσσα τοῖρ ἀντᾶρ εὐεργέταιρ (Coll. 1172 16, ubi vide Blassii adnotationem).

C. DE VOCABULORUM QUORUNDAM FIGURIS  
SINGULARIBUS.

§ 25. De vocis forma *πρισγύς*.

Boeotorum substantivum *πρισγύς*, cuius testimonia sunt *πρισγεῖς* 2418 6. 18, *πρισγεῖ[ας]* 1720 6, eadem gutturali insigne est qua Cretum *πρισγευτάν*, *πριγευτᾶ*, *πριέγωνα*<sup>1)</sup>, *πριεγίστω* (Baunack, Inschrift von Gortyn 30), Coorum *πρηγιστεύσαντος* (Coll. 3742 4). Quae ratio inter gutturalem et Ionum Atticorum, Lesbiorum Thessalorum labialem intercedat, nescimus; difficultates ne a Guilelmo Schulze quidem (GGA 1896. 249 adn. 3) expeditae sunt.

§ 26. *ιαρός*.

In titulis Boeoticis *ιαρός* scribitur; *ιερός* ante saeculum secundum non exstat, atque exstat quidem in titulis eis, qui aut maxime exigua aut nulla vestigia sermonis praebent Boeotici. Habes e. g. *ιεράν* in titulo 3412; qui titulus plane vulgaris est, nisi quod in *Θηλουθίου*, *ἀντίθρην*, *Εἰλειθύη*, *ἄνθεσιν* vetus mos potest recognosci. Ac ne in eo quidem titulorum genere quiescit *ιαρός*: in titulo 3357 inter mera volgaria *ιαράν* nomenque *Ἀγχιάρως* deprehenduntur.

In voce *ιαρός* illud observamus quod non raro observare licet: in sacris rebus formam vetustiore quam diutissime retineri.

Ex numero gentium Graecarum occidentales solae *ιαρός* dixerunt eadem vocabuli figura usi, quam Indi *īśirā*-pronuntiant. Occurrunt e. g. in duabus trabibus Misthrae repertis *ηιαρέων* et *ηιαρέος* (Coll. 4426). Ceteri Graeci *ιερός*, *ιερός* adhibent, Lesbi *ἱρος* forma propria.

§ 27. *Ἄρταμις*.

In titulis comparent formae *Ἄρτάμιδος* (546. 3407), *Ἄρτάμιδι* (3214 2, 2228 3, 2232 2, 3385 2 cett.), [*Ἄρταμιδο*--2459 a, *Ἄρτάμων* 3348 2, *Ἄρταμῖς* 832, *Ἄρταμισία* 833.

1) Nescio an hoc *πριέγων* nomini vetusto Tanagraeo subsit *Πριέγων* 657.

Tituli 2228, 3385 (accedunt 3386, 3391, 3411) sunt saeculi a. Chr. n. secundi: vides igitur deae nomen a Boeotis religiose a mutatione servatum esse. *Ἀρτεμις* non comparet nisi in titulo 3412, in quo *ἱερὰν* quoque deprehendimus. In nominibus hominum *Ἀρτεμι-* pro *Ἀρταμι-* non raro invenitur; sed *Ἀρτεμεῖς* tituli 834 mulierem peregrinam fuisse ut terminatione demonstratur<sup>1)</sup>, ita *Ἀρτεμιδώρα*, *Ἀρτεμίδωρος*, *Ἀρτεμόβλια* titulorum eorum, qui subsecuntur, Tanagraeos fuisse cives minime constat.

Nomine *Ἀρταμις* Graeci occidentales deam invocabant. Exempli causa ad *Ἀρτάμιτα Ἰακυνθοτρόφον* Cnidiorum provoco (Coll. 3502 13). Ceteri Graeci, in quibus Thessali, *Ἀρτεμις* dixerunt.

#### § 28. De Neptuni nomine.

In titulo 2465 litteratura Ionica scripto occurrit *Ποτειδάωνι*. Forma ergo *Ποτειδάωνος* inscriptionis archaicae *Ἐφ. ἀρχ.* 1899. 64 *Ποτειδάωνος* intelligenda est.

Boeoti igitur deum illum salipotentem et multipotentem nomine *Ποτειδάων* venerati consentiunt cum Graecis occidentalibus, qui omnium Graecorum uni ea forma usi sunt. Testes deligamus Corinthios (*Ποτειδάων*, *Ποτειδάν* Coll. 3119), Carpathiopolitas (*Ποτειδάν* Coll. 4320 34), Phocenses (*Ποτειδάν* Coll. 2561 B 15). A *Ποτειδάων* descendit hypocoristicum<sup>2)</sup> *Ποτειδών* Thessalorum (Coll. 1321. 1322). Apud Aeolenses vero, Iones, Atticos, Arcades *Ποτειδάων* est inauditum: Alcaei *Ποσειδαν* (fgm. 26) ab Homeri *Ποσειδάων*, Ionum *Ποσειδέων*, Atticorum *Ποσειδών* a *\*Ποσειδήων* profecta sunt, cum Arcades insignes sint forma *Ποσειδάν*, quae subest *Ποηοιδάν* illi Laconum.<sup>3)</sup>

### D. DE VOCABULORUM THESAURO.

#### § 29. De verbo *δδδω*.

Vocem *ποθδδωμα* quam habes in titulo Orchomenio 3172 161, omnium Graecorum occidentalium propriam esse contendo, quam-

1) Cf. Guil. Schulze in Museo Rhen. 48. 252 sqq.

2) Hypocoristicum esse intellexit Hoffmann GD II 296.

3) Perbene monuit Collitz in libello Die Verwandtschaftsverhältnisse der griechischen Dialekte 14.

quam in Dorica inscriptione me legisse non memini. Occurrit in titulo Epirotico Coll. 1339 5.

Ab eodem verbo *ῥῥῶ* descendit nomen *παροῤῶτας* quod e titulo metrico cognoscimus 2852.

§ 30. De particula *κα*.

A Boeotorum sermone abhorret atque discrepat particula illa *ἄν* Ionum, Atticorum, Arcadum propria. Immo *κα* adhibetur, quod paucis exemplis demonstrabo:

*ἦ δέ κά τις ἀντιποιεῖτη* 3080 4;

*ἄς δέ κα ζῶει* 3348 4;

*ῶσινάς κα ἄ ἀρχὰ δοκιμάδδει* 1739 7.

*ἄν* comparēt tantum in titulis linguae plane vulgaris velut 3321. 3325. 3328, *κα* etiam tum retinetur, cum *ἔως* vulgare pro *ἄς* substitutum sit, e. g. 3343 3:

*ἔως κα γαμίσει.*

Quod semel habes *καν*:

*ἔττε καν δῶει* 3054 7,

id mihi ita explicandum videtur, ut qui titulum incidit *κα* Boeoticum et *ἄν* vulgare confudisse putandus sit. Dittenbergeri supplementum [*συνωμολογείσαν*]*το* si recte se habet, terminatio *-ντο* ut alterum vulgaris linguae vestigium deprehenditur.

Particula *κα* extra Graecos occidentales ignota est. Lesbii voce *κῆ* usi congruunt cum Thessalis et Cypriis.



## Pars tertia.

### De Boeotici sermonis declinationibus vocibusque et Aeolicis simul et occidentalibus.

#### § 31. De stirpium in *ι*-declinatione.

Maiorem partem vocabulorum quae huc pertinent, ab Atticis declinari constat stirpibus in *i* et *ei* alternis: πόλις, πόλιν — at πόλεος, πόλει, πόλεις. Boeoti stirpe in *ei* extrusa priorem inducunt in casus omnes. Quamvis pauci casus servati sint titulis, cognoscitur plane ratio:

Sg. gen. ἀποδόσιος 3172 132, μάντιος 2724 8, μισθώσιος  
BCH 21. 554 3, πόλιος persaepe;

Sg. dat. πόλι persaepe, σουγχωρείσι 3171 48;

Plur. acc. ἐμπράξις 3172 157, προρρείσις BCH 21. 554 13.

Vergente saeculo tertio *i* productum litteris *EI* scriptum non raro invenimus; formas πόλει 3173 4, προρρείσει BCH 21. 554 2 dupliciter intelligas licet, id est ita, uti πόλει, προρρήσει aut ex lingua vulgari depromptas esse statuamus aut non nisi scriptura differre a πόλι, προρρήσι.<sup>1)</sup>

Eadem declinandi ratio et apud Lesbios exstat et apud Graecos occidentales. Adeas velim e. gr. foedus illud inter Mytilenaeos ac Phocenses factum (Ins. II nr. 1), in quo sunt πόλι(ε)ς, πολίεσσι, adeas altera ex parte Labyadarum legem, qua praebetur θωιάσιος (Coll. 2561 D 23). Ceterum Iones Arcades Cyprii ipsi quoque stirpes exitu *ei* insignes abiecerunt.

1) Namque ut in titulo 3173 vulgare est εἰσπραξις (v. 4), in altero titulo ἀπολογισασθη (v. 10), ἐμισθώσαντο (v. 15): ita multa sunt exempla signorum *EI* et *I* inter se commutatorum.

§ 32. De verbi substantivi participio praesentis.

Participii praesentis stirps *se-* formis Heracleensibus *ἐντες*, *ἐντασι* illustrata cessit apud Boeotos stirpi *eso-* eidem, cuius coniunctivus est *ἴωνθι*. Nova cognoscitur in his exemplis:

Sg. gen. *παριόντος* 3172 49.99;

Plur. nom. *ἴοντες* 3081 6;

gen. *ἰόντων* 2383 10;

dat. *παριόντεσι* BCH 21. 554 8;

acc. *ἴοντας* BCH 19. 157 II 8;

Accedunt femin. *ἔωσα* 2383 17, *ἔωσας* 1721 9, *ἰωσάων* et *ἰώσας* 3172 115.147.

In eadem sede stirpem *eso-* deprehendimus apud Lesbios non minus quam apud Graecos occidentales. Lesbiorum quidem consuetudo cognoscitur ex illius de exsulum Mytilenaeorum reditu foederis formis *ἰόντων*, *ἰόντα*, *ἰόντι*, *ἰόντας*, *ἰόντεσι* (Ins. II nr. 6); pro his Gortyniorum *ἰόντας*, *ἰόντες*, *ἰόντων* mihi testes sunt. Hic iterum cum Lesbiis Graecisque occidentalibus consentit reliqua Graecia praeter Atticam.

§ 33. De coniunctione *αἰ*.

Boeoti voce *εἰ* orbi utuntur forma *αἰ*, quae post litteraturam Ionicam receptam *ἦ* scribitur. Quod mansit usque in saeculum a. Chr. natum alterum; e. gr.

*ἦ δέ κά τις ἀντιποιεῖτη* 3080 4.

Eadem aetate *εἰ* iuxta *ἦ* habes:

*εἰ δέ κά τις ἀντιποιεῖτη* 3081 4.

Coniunctio *εἰ* ab omnibus Graecis occidentalibus est aliena. Apparet e cuiusvis regionis titulis, velut Argivorum decreto anti-quissimo IGS Pelop. I nr. 554: *αἰ' τις <τις> . . . . εὐθύνοι*. Redit *αἰ* Lesbi: *αἰ δέ κε καταγρέθῃ* Ins. II nr. 1 13.

Pars quarta.

**De propriis quibusdam omnium antiquitus  
Graecorum servatis Boeotice.**

A. DE SONIS.

§ 34. De *ā* producto.

Boeoti sonum *ā*, qui apud Iones Atticosque in *ē* abiit, non mutaverunt.

§ 35. De vetere *h*.

Sonum *h* pronuntiatum esse Boeotice ei tituli argumento sunt, in quibus litteratura domestica adhibita est. Exemplum aptissimum titulum Tanagraeum 1888 esse ratus singula afferam:

*c*<sup>11</sup> *Ηιλπόκριτος*,

*f*<sup>9</sup> *Ημεραῖος*,

*g*<sup>6.10</sup> *Ηείριχος, Ηεραῖος*.

Hic vides *h* non modo in eis sedibus comparere, in quibus postulant grammatici, sed etiam in voce *ήίπκος*, ubi ratione caret: vetustior forma in *Χήριπκος* 2814<sup>6</sup> servata est. Idem titulus *Ἀριόδιος* (*d*<sup>12</sup>) praebet idque pro ipso veriloquio: non enim stirpem *ἀριό-* cum *ἀραρίστω*, Lat. *artus* coniungere debet dubitari.<sup>1)</sup>

In Boeotia *Ηισμείνα*, *Ηισμεινός* dictum esse elucet ex titulis:

2455 *Ηισμεινίοι*,

2706<sup>a</sup> *Ηισσμεινίας*, 2892 *Ηισμεινίας*,

3630 *Ηισσμειν--*.

1) Cf. *Επαρόστου* IGS III nr. 40s.

Cum in vase quodam Attico colore nigro figurarum insigni *Ηισμήνη* pictum sit (Kretschmer, *Vaseninschr.* 228) Corinthiorumque *Ηυσμήνα* *h* praebet idem (Coll. 3135), vetus, ut videtur, in prima voce est spiritus; ac veriloquio nescio an res confirmetur. Nam Fickio auctore *-σμεινος* eadem vox est quae apud Lacedaemonios evasit fluminis nomen *Σμήνος*<sup>1)</sup> (Bezz. Beitr. 22. 48). Cum illo *Σμήνος* ea ratione coniungere licet nomen *Ηισμηρός*, ut *hi-* pro reduplicatione habeatur.

Nomen deae *Ηιστία*, quod in titulo Tanagraeo quodam comparet, cum ea forma congruit, qua Tarentinos usos esse scimus: *Ηιστιαῖος*, *Ηιστίαχος* e laminis nummisque cognovimus (Coll. 4616. 4626. 4627). Arcades vero pro expectatione scripserunt *Φιστίαν* (Coll. 120318). Quae Solmsen ea de re disputavit (*Untersuchungen* 213sq), etsi me non fugerunt, tamen ea mihi non persuasit; quamquam ne ipse quidem habeo, quomodo *h* Boeotorum ac Tarentinorum expedium.

### § 36. De digammo.

Digamma in vocis capite ubique servatum est usque ad recentissima dialecti monumenta; in media voce iam quinto saeculo omittitur. Atque in hac libelli parte de illis tantum vocibus verba mihi sunt facienda, in quibus sonus vetus a Boeotis retentus est.

#### a) De *F* initio nominumposito.

Exempla afferam singularum stirpium quam recentissima, cum longum sit enumerare omnia.

*Φαδιούλογος* 2788 3 (post ann. 250), *Φάδων* 2781 6 (ante 250),

*Φαδώσιος* BCH 21. 555 18. 19 (post a. 250); *Φασίας* 3068 7 (post a. 250).

*Φαλίδιος* 1888 d 11 (anni 426).

*Φανάων* 2781 18 (post 250); *Φαναξίων* 3180 17 (222 — 200).

*Φάρμιχος* 2832 2 (222 — 210).<sup>2)</sup>

1) Paus. III 24, 9: *Πρὸς θαλάσση δὲ ἐπὶ ἄκρας ναὸς ἐστὶ Λικτύνης Ἀρτέμιδος . . . Ταύτης δὲ ἐν ἄριστιερᾷ τῆς ἄκρας ποταμὸς ἐκδίωσιν ἐς θάλασσαν Σμήνος.*

2) Veriloquium temptavit Solmsen *Mus. Rhen.* 53. 148.

- Φάρων* 3171 14 (post a. 250).  
*Φαρτίας* 2251; *Φάρταλος*<sup>1)</sup> 1742 8 (post a. 250).  
*Φασκώνδας* 3091 1 (non multo post 250).  
*Φαστίας, Φαστιούλλει* 3180 53. 54 (222—200).  
*Φειάρινος* 1919 litt. dom.  
*Φεαβόλος* Monum. et mém. 1896. 137.  
*Φελατή* 3171 26 (post a. 250).  
*Φελιξίων* 3179 20 (222—210).  
*Φέργων Φεργονίω* 2818 16 (circ. ann. 246).  
*ἀπὸ Φεσπ(έρας)* 1740 6 (post a. 250).  
*Φέτια* 3171 37 (222—200).  
*Φίδιον* 3200 7 (200—150).  
*Φίκατι* 3303 6 (saec. II).  
*Φιλαρχίοντες* 2466 3 (post 250).  
*Φίλλων* 2431 10 (sub a. 300).  
*Φιμππίδας* BCH 21. 556 47 (post 250).  
*Θειο-Φίτος*<sup>2)</sup> 3511 (litt. dom.).  
*Φισοτέλιαν* 507 4 (222—205).  
*Φίστωρ* 3172 165 (222—200).  
*Φιριάδας* 3172 45 (222—200).  
*Φοί*<sup>3)</sup> 2407 7 (a. 366).  
*Φοινίας* 1888 d3 (a. 424).  
*Φυκέταν* 3200 7 (200—150); *ΦεΦυκονομειόντων* 3172 125  
 (222—200).

Semel *Φη* scriptum est, in titulo Tanagraeo 593:

Ἐπὶ Φηκαδάμοε εἰμί.

Constat Ioannem Schmidium *Φη* e *sv* repetivisse (Pluralb. d. idg. Neutra 432 sqq.). Sed cum idem *h* in *Μηγαρεὺς, μὴε-γαλο-*, aliis stirpibus<sup>4)</sup> compareat, in quibus eadem ratione declarari nequit, hac in re viri maxime egregii acumini confidere vereor.

1) Cum *δρατῆς, δρατῆχος* coniunxit Bechtel, Spitznamen 12 adn.

2) Eum, qui *θεῶν φύσῃτι* natus est, intellegunt Fick et Bechtel, Griech. Personenn. 129.

3) *εἶμεν NOI* apographum Pocockii; corr. Böckh.

4) Collegit Kretschmer, Vasensinschr. 159.

b) De *F* media in voce sito.

Exempla perpauca aetatem tulerunt. Quaecumque habemus, saeculo sexto aut quinto tribuenda sunt. Haec collegi:

*Φισφόδιος* 'Eφ. 1900. 109.

*καλφόν* Mém. de la soc. de lingu. VII 448.<sup>1)</sup>

*Καρνηφίω* 'Eφ. 1896. 243, 'Eφ. 1900. 108.<sup>2)</sup>

*Κλε[F]εθοίνιος* 2252; *Κλεφίχα* 'Eφ. 1896. 244.

*πά(F)ιδι*<sup>3)</sup> 3989.

*ἐπόφεισε* 2729, Arch. Anz. 14. 142.

*Ὀλόφαρος* 'Eφ. 1896. 243.

*χαρίφειταν* Mon. et mém. 1896. 137.

Accedit nomen *Κορφείδας*<sup>4)</sup> tituli 2533 sub finem saec. IV incisi. Neque ipsum nomen quid sibi velit, neque quomodo eo tempore digamma potuerit retineri, assequor.

Verum cave confundas hoc digamma cum illo, quod post *v* occurrit ante vocalem. Est enim strepitus is, quo pronuntiatio labitur a vocali *u* ad vocalem insequentem. Quem sonum ut in sermone servatum Boeoti et recentiore aetate digammo significare perrexerunt. Habes

*ΒακενF-* in 'Eπί ΒακέFαι 3229.

*εὐF-* in *ΕὐFαενέτα* 3510, *ΕὐFαρχίδας* 992, *ΕὐFάγορος* 2955.

Eodem incertum est num spectet *ΔριμυFόρηος* 2463 9. Nam ab eorum Graecorum partibus, qui ante *o*, *ω* in primis vocibus posita digammum omiserunt, utrum Boeoti steterint necne, cum nesciamus<sup>5)</sup>, eodem iure *Δριμυ-Fόρηος*, quo *ΔριμυF-όρηος* licet dividere.

1) Huius tituli a Mauricio Holleaux detecti imaginem non inveni. Quam ob rem alibi ad eum provocare dubitavi.

2) Agitur de Apolline quem vocant *Καρνηλίον*.

3) Emendavit Meister; E pro C in lapide.

4) „Foucartus KOPP habet, quum reliquiae quarto loco a Loewyo enotatae haud dubie litterae F sint“ Dittenberger. Sed ne nomen *Κορφείδας* quidem expedio.

5) E *πρωροέ* 4249 nihil est colligendum, quia Boeoticae originis an non sit monumentum prorsus incertum est. Ad tituli 3287 vocem *ἐνωιά* provocare mihi non magis licet propter inscriptionis aetatem admodum recentem quam Solmsenio (Untersuch. zur griech. Laut- und Verslehre 187).

Aetate imperatorum Romanorum ut reliqua dialectus resuscitatur, sic etiam *F* vocis ἀφείδω, quod sub finem saeculi tertii pronuntiari desitum esse ἀίδοντος testatur titulorum 3210. 3211, renascitur: tum ecce formae grandiloquae ζαψαφυδός, ἀύλαφυδός, μιθαφαφυδός, τραγαφυδός 3195, quae risum movent.

### § 37. De sigmate geminato.

A Boeotis sigma duplex duorum sibilorum concursu ortum in sonum simplicem non vertitur. Praeter dativos pluralis in -εσσι aoristosque stirpium exitus sigmatici, quos in parte prima enumeravi (§§ 5 et 8), futurum respice quaeso verbi substantivi ἔσση REG 12. 695

in titulo Tanagraeo sub saec. a. Chr. n. tertii finem exarato.

### § 38. De duplicibus quibusdam consonis Boeotice salvis.

Graeci occidentales voce ἔμπασις, Arcades ἴμπασις usi sunt pro Atticorum Ionumque ἔγκησις. Boeoti nisi quod ἔπασις dicunt faciunt cum Graecis occidentalibus. Exempla permulta cum occurrant, satis habeo decreta honoraria commemorasse ea, quibus Dittenberger numeros 504—531 adscripsit. Formae enucleandae cum frustra operam navassent viri docti, Ioanni Schmidtio, summi acuminis ingeniique viro, contigit, ut acu rem tangeret, cum ex ἔμ-πασις statueret ortum esse ἔπασις (Pluralb. d. idg. Neutr. 414 sqq.); et contigit ita, ut -ππα illud, quod subesse vidit, postquam hac aetate et alio quodam modo dictum comparuit in Boeotia, plane supersedeat suspicione eorum qui π prius e nasali ortum esse coniecerunt: reperitur enim in parte posteriore nominum Γυνό-ππαστος<sup>1)</sup>, Θιό-ππαστος (505 2, 'Eφ. 1892. 35 nr. 64 2).<sup>2)</sup> Retinuerunt igitur sonum, cum antecederet vocalis, Boeoti duplicem, quem ceteri simplicem reddiderunt. Alterum π priori assimilatum esse inter omnes constat ita, ut de prisca radice forma nihil affirmari possit.

1) Quid Γυνο- sibi velit, incertum est. Suspiciari licet affine id esse voci Γωνο- in Γούν-ιππος Coll. 345 87.

2) Schulze, KZ 33. 318, Fick-Bechtel, Griech. Personenn. 231.

Eadem ratione, qua ἔππασις ex ἐμππασις factum esse consentiunt viri docti, Bechtelius Boeotorum illud ἔπτε — ita enim dixerunt, non ἔστε, 3054 7, 3170 13 — ex ἔν-πτε repetere conatus (Herm. 36. 424) Brugmanno, qui contra dialecti indolem ἔπτε ex ἔστε mutatum esse sibi persuaserat, oblocutus est, sed ita, ut quid de duplicis τ origine sentiret non pronuntiaret.

### § 39. De ν paragogico.

ν ἐφελκυστικόν, quod vocant, a Boeotico sermone quondam prorsus semotum, ante medium saeculum a. Chr. n. tertium in titulis non invenitur.

Litteraturae domesticae titulis 3468 et 1873 illo praebetur ἔδωκε Εὐπλοῖωνι, hoc ἐπόεισε in fine inscriptionis.

Altero saeculi terti dimidio tituli 2406. 3171. 3172 incisi sunt; accedit is quem Colin BCH 21. 554 edidit. In quibus haec habes exempla:

ἔλεξε· ἐπιδεί et παρκέκλεικε αὐ[τόν] 2406 1. 12;

ἀπέδωκε Εὐβώλῳ 3171 15;

ἐπίθωσε αὐτόν 3172 117;

ἔλεξε· ἐπιδεί, . . . διεσσεῖλθεικε, δπάρχι . . . , παριόν-  
τεσσι αὐτοῖς BCH 21. 554 1. 2. 8.

Ea fere aetate ν volgare irrepere coepit. In basi quadam Canthari statuarii, qui paulo ante medium saeculum tertium videtur fuisse, Κάνθαρος ἐπόεισεν subscriptum est (2471). Itemque in dedicationum recensu, qui sub finem saeculi terti exaratus est, ἐν ἔλαβεν πὰρ . . . comparet (2420 35).

Adversari videtur tit. 2230 litteraturae domesticae: [τόν]δ' vel [τόν]δ' ἀνέθηνεν Ἀθάναι. At cuius aures adeo sunt obtusae, quas effugiant dactyli? Accedit ὅδε pronomem a Boeotico sermone alienum. Proinde cave fragmento isti quicquam in hac re momenti tribuas.

## B. DE NOMINUM VERBORUMQUE FLEXIONE.

### § 40. De nominativi singularis exitu non sigmatico.

In titulis Boeoticis nominativi deprehenduntur non pauci, qui nominativi signo carent. Comparent cum in α tum in ει;



hoc quidem genus primus statuit Blass in Mus. Rhen. 1881. 604 sqq. Exempla collegi haec:

a) *Nominativi in α:*

- ἸΑθηνάδα 2257, Thisbae;  
ἸΑπολλωνίδα 4231, Anthedone („fieri potest, ut littera evanuerit“ Dittenb.);  
Καλλέα 1889, Thespiis (litt. dom.);  
Καλλία 2852, Haliarti (litt. dom.);  
Μογέα 3467, originis incertae (litt. dom.);  
Νεσιίδα 4209, Anthedone;  
Ὀλίδα 4127, Thebis.

Habes septem nominativos nominum hypocoristicorum, tribus exceptis aetatis antiquissimae. Accedunt duo eiusdem aetatis nominativi nominum non hypocoristicorum:

- Ἐγυτονίδα 3508, Tanagrae (litt. dom.);  
[Ἐδ]ορμίδα 3738, Thebis (litt. dom.; de supplemento Dittenberger ipse dubitat).

Huc non spectare nominativum *πυθιονίκα* 1888 b 9 Ioann. Schmidt suo iure statuit (Pluralb. d. idg. Neutr. 354 adn.). Provocare potuit<sup>1)</sup> ad Pindari ἸΟρσοτρίαινα Ol. VIII 48:

ἸΟρσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμῶι ποντίαι  
ἔρμα θοδὸν τάνυεν

et ad *Χρυσοτρίαινα* poetae Attici, qui cecinit haec (CIA IV 1, fasc. 3 pag. 179):

Τήνδε κόρην ἀνέθηκεν ἀπαρχὴν . . . λοχὸς ἄγρας,  
ἦν οἱ ποντομέδων Χρυσοτρίαιν' ἔπορεν.

b) *Nominativi in ει:*

- ἸΑθανίκκει 555, Tanagrae;  
ἸΑρηφίλλει BCH 23. 194 I 13, Acraephiae;  
ἸΑκύλλει 585 III 4, Tanagrae (426 a. Chr.);  
ἸΑμφοτ[τει]<sup>2)</sup> 2858 1, Coroneae;

1) Mecum communicavit Bechtelius.

2) ἸΑμφοττει, ἸΑμφοττώ, ἸΑμφοττίς hypocoristica nominis ἸΑμφοτεράνυμος (Eph. 1893. 108) esse bene monuit Hoffmann (Bezz. Beitr. 22. 134).

- Βιούτη* 1753 6, Thespiis;  
*Βονάττει* 3180 70, Orchomeni;  
*Βραχύλλει* 538 22, Tanagrae;  
*Διδύμει* 4195, Anthedone;  
*Εἰρωῖλλει* 2781 21, Copis;  
*Εὐνόμει* 3183 10, Orchomeni;  
*Εὐρούμει* 1672 6, Plataeis;  
*Φαστιούλλει* 3180 54, Orchomeni;  
*Θάλλει* 538 12, Tanagrae;  
*Καλάμμει* 2745, Acraephiae (litt. dom.);  
*Κεράλει* vel *Κεράλλει* 3634, Thebis (litt. dom.);  
*Κυδίλλει* 3236, Orchomeni (litt. dom.);  
*Μέννει* 2427, Thebis (litt. dom.);  
*Μνασίλλει* 3068 4, Lebadeae;  
*Ξέννει* 537 b 19, Tanagrae;  
*Πουθίλλει* 3179 10 al., Orchomeni;  
*[Πε]οπάττει* 2431 Π 5, Thebis;  
*Πρόππει* 3206 4, Orchomeni;  
*Πτωῖλλει* 2427 12, 3582 Thebis (litt. dom.), 3180 30 Orchomeni;  
*Τιμόλλει* 3175 12, Orchomeni;  
*Φίλλει* 3182 5, Orchomeni.

Occurrunt igitur amplius viginti nominativi in *-ει* eique ad unum omnes nominum hypocoristicorum, id quod Blass vidit primus. Inde apparet non sine aliqua ratione grammatica easdem formas simul esse asigmaticas atque hypocoristicas. Quem conexum inquirere ab hoc loco alienum est: unum commemoro Kretschmerum, qui probare conatus eos in *-ει* nominativos habendos esse pro stirpium in *t* casibus vocativis (KZ 33. 268 sqq.), quamquam Brugmanni tulit assensum (Griech. Gramm.<sup>3</sup> 221), mihi non persuasit propterea, quod impetrare a me nequeo, ut divellam nominativos in *-ει* a nominativis in *-α*. Neque verum est, quod Zimmer (KZ 32. 194), Kretschmer Kretschmerumque subsecutus contendit Brugmann, ea tantum nomina signo carere nominativo, quae duplici consona insignia essent: assentiri te *Εὐρούμει* et *Βιούτη* Thespienses vetant.

Nominativi non sigmatici ne a reliqua quidem Graecia sunt alieni. Bechtelius cum in Megarensium arbitrio Coll. 3025 inveniret

genetivos τοῦ *Θάλας* et τοῦ *Ἀραίας*, eiusdem formæ genetivum esse *Προκλείδας* tituli Anactoriensis IGS III nr. 521 perspexit eumque cum nominativo Boeotico *Μογέα* ita coniunxit, ut *Μογέα, Προκλείδας* declinationis cuiusdam reconditoris vestigia esse coniceret. Testimoniorum numerus postea auctus est: ut habes *Σάτιμον Ξερίας Κασσωπαῖον* IGS III nr. 484 3; vide quid Dittenberger ad eiusdem voluminis num. 521 adnotaverit.

Ex eis quae modo exposui, colligendum mihi videtur hypocoristica in *α* et *η* priscis temporibus signum nominativi non addidisse, Orchomeniorum igitur nominativum *Βουκάττεις*, quem legimus in titulo satis antiquo 3270, recentiorem esse nominativo *Βουκάττει* tituli Orchomenii 3180, quem vergente saeculo tertio incisum esse constat. Praeterea sicut *Βουκάττει* aliaque a nominibus non hypocoristicis signum nominativi mutuata sunt, non dubito quin *Ἐγγυτονίδα, Σωκλείδα* ad hypocoristicorum exemplum declinata sint.

#### § 41. De stirpe debiliore in *-ον* retenta.

Boeotos *Ποτειδάων: Ποτειδάωνος* declinasse supra (§ 28) demonstravi. Eadem ratione in Homeri carminibus ea flectuntur nomina, quae in eandem vocem *-άων*<sup>1)</sup> cadunt: *Ἀλκμάωνος, Ἀμυθάωνα, Ἀπισάωνα, Ἀρετάωνα, Ἰάωνες, Ἀνιάωνος, Μαχάωνα, Παιήωνα* uno excepto: *Ποσειδάωνος, Ποσειδάωνι, Ποσειδάωνα*. Efficitur Boeotos, non Homerum hoc in vocabulo antiquam declinationem servasse; poetam metro coactum casus obliquos novasse in propatulo est (~~~~ pro ~~~~).

Quod si tenemus, de exitus patronymicorum in *-όνδας* origine recte iudicabimus. Exempla titulorum enumerabo omnia:

*Ἀρωπόνδας* 2812 14;

*Ἐρμαῖόνδα[ς]* 2947;

*Χαρρόνδα[ς]* 3408 1.

Ut *Ἰκεταονίδης* Homericum descendit ab illa stirpe, quae subest accusativo *Ἰκετάωνα*, ita e patronymicis *Ἀρωπόνδας, Ἐρμαῖόνδας, Χαρρόνδας* discimus Graecos quondam *Ἀρώπων*:

1) Fickius voces *ἀίτας, ἐνηής*, Lat. *aveo* cognatas esse censet (GP<sup>2</sup> 383).

*Δρώπτονος, Χάρων: Χάρωνος* simm. declinasse eandem secutos rationem quam Homerus: *Ἰήσων, Ἰήσονος*.

Eiusdem declinationis vestigia in Thessaliaprehenduntur: *Κλεόνδας, Παρμονίδαιος* Prellwitz adnotat De dial. Thess. 49\*\*.

#### § 42. De secunda pers. sing. pron. pers.

In Boeotis priscam formam nominativi *tu* mansisse duo quinti saeculi testimonio sunt tituli:

*τὸ δέ, Φοῖβε, δίδου χαρίφεταιν ἀμοι[φάν]* Mon. et Mém. 1896.

137;

*τὸ δ' εἶ πρασσ[σ', ᾧ] παροδῶτα* 2852.

#### § 43. De articulo.

Ut *tu* vetus, itidem *toi* Indogermanicum servavit Boeotia, primo *τοί*, postea *τῦ* ac *τεί* scriptum. Femininum etsi non comparet, nihilo minus *ταί*, *τή* Boeotos dixisse certissimum est.

E magno exemplorum numero pauca deligo:

*τοὶ πολέμαρχοι τοὶ ἐπὶ Πολυκράτιος ἀρχοντος* 3172 102;

*τὴ τε ἱαρεῖες κῆ τε[ῖ ἰα]ράρχη* 3080 5.

Sequitur ut pluralis numerus vocis Atticae *ὄδε* a Boeotis, qui non *-δε*, sed *-ι* affigant, recte dictus sit *τοιῖ*, *τυῖ*; illud e. g. offertur titulo 3191, hoc insequenti. Ceterum ut *ποιέω* interdum pro *ποιέω*, itidem *τοῖ* est iuxta *τοιῖ*: *τοῖ ἀπεργράψαντο ἐν δπλίτας* 2781 2. Proinde cave articulum *τοί* illic sentias etiam tum pro demonstrativo adhibitum esse: quippe abhorret plane a more Boeotico nulloque exemplo adiuvatur, refellitur omnibus.

#### § 44. De *-εν* tertiae pluralis aoristi passivi terminatione.

Tertia pluralis aoristi passivi in *-εν* cadit:

*ἔσσεγράφεν* 2389 2, 2390 3.

Eadem terminatio non modo apud Graecos occidentales occurrit omnes, e. gr. apud Acarnanes: *ἐπιώληθεν* IGS III nr. 485 1, verum etiam Homero nota est: *δάμεν* simm.

§ 45. De tertia plur. imperativi in *νθω* (*ντω*).

Tertiae personae pluralis imperativorum a Boeotis non, ut alibi, amplificantur littera *ν*; hic item patrum consuetudini adstricti manserunt. Titulis exempla praebentur haec:

- ἀγγραιψάνθω* 207 15 (tit. Aegostenitan.);  
*δαμιώνθω* 3198 6;  
*ὀπερδικιόνθω κῆ προϊστάνθω* 3080 5, 3081 5;  
*ἐνθω* 3172 88;  
*καρουξάνθω* BCH 16. 458 nr. III 5;  
*στασάνθω* REG 12. 69 16;  
*σουλώνθω* 3199 13.

§ 46. De verborum contractorum declinatione quadam.

In titulis duo verba contracta ita declinantur, ut binae stirpes inter se coniunctae se praebent, quarum altera in *aje-* cadit, altera in *eje-*: *συλάω* dico et *τιμάω*.

Praesens *συλάω* subest imperativo *σουλώνθω* modo allato et participio *σουλῶντες*, quod exstat e. gr. in titulis 3198 5, 3199 12. Praesentis *συλέω* vestigium habes in infinitivo *σουλῆμεν* tituli Orchomenii BCH 19. 157 II (v. 7).

Praesentis *τιμάω* exemplum in titulis deest; sed magno nominum numero, quorum prior pars est *τιμασι-*, efficitur *τιμάω* minime ignotum fuisse Boeotis. Praesens *τιμέω* cognoscitur e *τιμέωσα*, quod certo supplemento restitutum est a Foucarto 2383 17: *εὐχάρι[στο]ς ἐῶσα κῆ [τιμ]έωσα*.

Eandem stirpium commutationem apud Graecos occidentales viguisse, viri docti iam dudum animadverterunt. E Delphicis quidem titulis Wendelius haec exempla conguessit: *συλήτω*, *συλήν*, *συλάση* — *συλέοι*, *συλέων*; *ἐπιτιμήν* — *ἐπιτιμέων*; Att. *θωάν* — Delph. *θωεόντων*; Delph. *χρηάηται* — Boeot. *χρειείσθη*. Cave vero solos opinere Graecos occidentales huic favisse varietati recordatus et Homerum *μενοινας* et *μενοίνεον*, *δμόκλα* et *δμόκλεον* dicere, Sapphus *ῥρημι* adversari Atticorum verbo *δρῶ* ex *δράω* orto: manifestum est eas vocalium mutationes lege quadam effectas esse, quae ad Graecos pertinebat omnes.

Quam legem Ioannes Schmidt ita recte constituisse mihi videtur, ut *a* vetus ante *o* in *e* abiisse diceret (Pluralbild. d. indog. Neutra 326 sqq.).

§ 47. De verbi substantivi declinatione.

Hoc loco formae verbi substantivi tractandae sunt tres: tertia plur. imperativi  $\acute{\epsilon}\nu\theta\omega$ , tert. sing. impf.  $\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ , tert. plur. impf.  $\epsilon\acute{\iota}\alpha\nu$ . Quae formae in hisce titulis occurrunt:

$\acute{\epsilon}\nu\theta\omega$  3172 88;

$\pi\alpha\rho\epsilon\acute{\iota}\varsigma$  3198 7, 3379 11, BCH 21. 556 43;

$\pi\alpha\rho\epsilon\acute{\iota}\alpha\nu$  3172 52, 3173 4, 3199 13, BCH 21. 555 22. 26. 32. 556 36.

Imperativo  $\acute{\epsilon}\nu\theta\omega$  subest stirps *se-*, cuius provincia est tertia pluralis et participium praesentis. Forma haec prisca Argis quoque quinto saeculo exstitit:  $\alpha\nu\tau\omicron\iota \acute{\epsilon}\nu\theta\omicron\iota \acute{\epsilon}\nu\tau\omega \acute{\epsilon}\nu\varsigma \Lambda\theta\alpha\nu\alpha\iota\alpha\nu$  CIG Pelop. I nr. 554 7.

$\epsilon\acute{\iota}\varsigma$  eadem forma est quam  $\eta\acute{\iota}\varsigma$  pronuntiauerunt Graeci occidentales<sup>1)</sup> et Arcades: innotuit  $\eta\acute{\iota}\varsigma$  Strati, Oeantheae (IGS III nr. 442 9, 867 3), Epidauri (CIG Pelop. I nr. 951 21), Tegeae (Coll. 1222 37). Cui  $\eta\acute{\iota}\varsigma$  cum Indorum *ās* plane respondeat, apparet eos Graecos, qui  $\eta\acute{\iota}\varsigma$  dixerunt, retinuisse formam vetustam.

Denique  $\epsilon\acute{\iota}\alpha\nu$  cum Herodoti  $\acute{\epsilon}\alpha\varsigma$ ,  $\acute{\epsilon}\alpha\tau\epsilon$  eadem declinandi ratione coniunctum esse censeo, ipsa quoque perantiqua, cum Graecorum  $\acute{\epsilon}\alpha-$  atque Islandorum *ero-* in *erom*, *eroþ*, *ero* eiusdem fontis esse veri sit simillime (Fick Bezz. Beitr. 7. 171). Formam  $\epsilon\acute{\iota}\alpha\nu$  a ceteris Graecis non alienam fuisse ex eo mihi videtur concludendum, quod tertia pluralis aoristi  $\acute{\epsilon}\theta\epsilon\alpha\nu$ , quam substantivi verbi tertiam pluralis imitatam crevisse crediderim, Boeotiae finibus minime continetur. Atque habes  $\acute{\epsilon}\theta\epsilon\alpha\nu$  ut apud Boeotos (idque saepissime velut *Eq.* 1896. 243), itidem apud Edalienses ( $\kappa\alpha\tau\acute{\epsilon}\theta\upsilon\gamma\alpha\nu$  Coll. 60 27). Accedit quod Tegeatarum participium

1) Obloqui videtur  $\delta\pi\omega \text{ } \acute{\epsilon}\acute{\epsilon}\kappa\alpha\sigma\tau\omicron\varsigma \eta\nu$  legis de colonis Naupactum mittendis. At tollitur difficultas, si cum Bechtelio  $\eta\nu$  tertiam pluralis esse statuimus (Herm. 31. 318).

*ἀπυδόας* (Coll. 1222 13) argumento videtur esse Tegeatas *ἔδοαν* pro *ἔδον* vel *ἔδοσαν* dixisse ipsos quoque formae *ῥαν* analogiam secutos.<sup>1)</sup>

§ 48. De formis *πίει* et *δίδοι*.

In fine tituli, qui in exteriori cantharo quodam nigro incisus est, legitur (3467):

*ὡς χ' ἄδαν* ΓΙΕ.

Formam ΓΙΕ Meister feliciter ita expedivit (Coll. 1. 405), ut coniunctivos Arcadum et Cypriorum conferri iuberet: *ἔχη, κατυστάση* cett. Tegeae, *ἔξορύξη* et *λύση* Edalii (Coll. 1222 26. 43, 60 12. 29).<sup>2)</sup>

Alia forma, *δίδοι*, in titulo est in pedibus inscripto Apollinis illius aenei, de quo Fröhner in Monumentis et Memoriis 1896. 136 sqq. verba fecit:

*τὸ δέ, Φοῖβε, δίδοι χαρίφεται ἀμοι[φάν].*

Constat Pindarum eadem forma quater usum esse in Olympiis; in testa quadam Corinthi effossa Blassii sagacitate restituta est: [*δί*]δοι *χαρίεσαν* [*ἀ*]φορμάν Coll. 3119 c. Cum non nisi in carminibus inveniatur, ad sermonem Boeoticum nihil attinet; quod eo minus doleo, quia obscurior (cf. quae Wackernagel exposuit KZ 33. 25 sqq.).

C. DE VOCABULORUM QUORUNDAM FIGURIS.

§ 49. De vocabulo *ἀδελφρός*.

Boeotos *ἀδελφρός*, non *ἀδελφός* dixisse e titulis apparet. Habemus

*ἀδελφρός* 3379 12, 3385 3;

*ἀδελφρόν* 2795 3;

*ἀδελφεά* BCH 21. 555 25;

*ἀδελφεή* 2777 3.

1) In tit. 3682 habes *ανεθε* litt. domestica. Dittenberger *ἀνέθει* cum scripserit, malim *ἀνέθει* emendare suspicatus eam formam ad exemplar *ἔχεφε* singularis cum plurali *ἔχεφαι* coniuncti fictam esse.

2) De vasculorum *χαῖρε* καὶ *πίει* cf. quae Kretschmer, Die griech. Vaseninschr. 195 sq. exposuit.

Eadem forma in lege de colonis Naupactum mittendis (IGS III nr. 334 7), in lege Labyadarum (Coll. 2506 C 44), in magna illa lege Gortyniorum comparet; Homerum et Herodotum eadem uti non est quod moneam.

§ 50. De Vestae nomine.

Boeotorum pronuntiatione Vestae nomini inest sonus *ι*:

*Ηιστίη* 556.

Conferas velim Locrorum *ἐν τῷ ἰστίαι* IGS III nr. 334 7. 16, tum Ceiorum *Ἰστίη* (Bechtel, Ion. Inschr. nr. 54) cett.

§ 51. De Dianae Ilithyiae nomine.

Dianam Ilithyiam Boeoti variis nominis formis invocaverunt: in titulis *Ἐλεῖθια*, *Εἰλεῖθια*, *Εἰλεῖθια* comparent.

a) *Ἐλεῖθια*.

*Ἀρτάμιδι τῆ Ἐλεθιονίη* in titulo Chaeronensi 3385 scriptum est. Formam *Ἐλίθιοια* cum Pindarica *Ἐλεῖθια* convenire (Pyth. III 9 al.) monuit Gu. Schulze Quaest. ep. 260.

b) *Εἰλεῖθια*.

*Ἀρτάμιδι Εἰλεθούη* Tanagraei (555) et Orchomenii (3214) scripserunt; eadem scriptura in titulis vulgari dialecto compositis 1871. 1872. 3412 adhibita est. Ab *Εἰλεθούη* non nisi scriptura diversa est *Εἰλεθούη*, *Εἰλεθιονίη*, quae formae 3391 5 (Chaeroneae), 4174, 4175 (Anthedone) occurrunt. Eodem spectat *Ἰλ[ε]-θούη* 3413 (Chaeroneae).

c) *Εἰλεῖθια*.

*Ἀρτάμιδι Εἰλεθίη* e titulis Chaeronensibus innotuit: 3386 10, 3410. 3411; *Εἰλεθειη* in titulo Thisbensi 2228 aetate recentiore conscripto exstat.

Vasorum Atticorum pictores *Ηελεῖθια*, *Ηιλεῖθια*, *Ηιλιθια* formis usi sunt: Kretschmer, Vaseninschr. 156 sqq. Quarum primam cum Boeotorum *Ἐλεῖθια* coniungendam esse manifestum est; ceteras ut expediam nescio. *Εἰλεῖθια* Atticum esse Aristophanes testis est; accedunt *Εἰλυθείαι* CIA II 1586 9, *Ἰλειθία* 1590 1.



## § 52. De vocabulo ὄνομα.

Haec vocabuli ὄνομα figura Attice non invenitur nisi in compositis ἀνώνομος, ἐπώννομος, ἐδώννομος, δμώννομος, aliis, ad quae accedunt nomina propria. Sed viguisse eam apud Lesbios, Thessalos, Selinuntios titulis docemur (Coll. 272 5, 345 21, 3046 8); ab eisdem stabant Boeoti:

ὄνομα 3172 134, 3352 4;

ὄνομα, ὀνούματα REG 12. 70 27. 28.

## § 53. De forma δέχομαι.

Boeotos δέχομαι dixisse testis est

δέκεσθαι REG 12. 69 7.

Constat omnes Graecos Atticis exceptis eodem δέχομαι usos esse.

## D. DE DERIVATIONE VOCUM.

## § 54. De adverbii loci.

In titulis duo adverbia loci adhibentur: εἷ et ἀπτεῖ. Illud habes 3054 14: εἷ ὁ πατήρ αὐτῶ . . . , hoc REG 12. 69 5: κῆ ἀπτεῖ λαόντες Ταναργήης καθὰ κῆ νοδν.

Isdem adverbii favere Graecos occidentales nemo est qui nesciat. Sed ne Ionibus quidem ignota fuisse e Cymaeorum τραπεῖ (Bechtel, Ion. Inschr. nr. 3a) apparet, ut omittam adverbium ἐκεῖ, quod Graeciae est totius.

## E. DE VOCABULORUM THESAURO.

## § 55. De voce ἀννίς.

ἀννίς in titulo Chaeronensi 3380 servatum quid sibi vellet, postquam Dittenberger coniectura assecutus est, Hesychii testimonio<sup>1)</sup> confirmari monuit Solmsen in Mus. Rhen. 56. 503, qui Lat. *anus* aliaque comparari iubet.

## § 56. De voce ἐνείκω.

ἐνείκω verbum a Boeotis usitatum esse ex titulis elucet.

Occurrunt

εἰνίξαν 2418 24;

ἐνευχθεῖ 3172 150.

1) ἀννίς· μητρὸς ἢ πατρὸς μήτηρ.

Formarum *ι* ex *ει* ortum esse e loco quamvis corrupto quodam Herodiani Π 374, 21 intellegitur, quem parum feliciter tractavit Stephan De Herodiani technici dialectologia 49: οἱ Βοιωτοὶ τὸ ἤνεγξα ἤνειγξα λέγουσιν διὰ τῆς ει διφθόγγου τὴν παραλήγουσαν ποιοῦντες. Herodianum ἤνειγξα scripsisse patet; aoristum unde hauserit, nescimus. Praesentis ἐνεικω vestigia deprehenduntur apud Homerum (ἐνεικε, ἐνεικέμεναι), a quo Scuti scriptor pendet (συννεικεται 440). Aoristum Graeci duplicem finxerunt: ἤνεικα habes non solum apud poetas, sed etiam in pedestri sermone Ionum (ἐνεικάντων Chii, Bechtel, Ion. Inschr. nr. 174 b 4), cum ἤνειξα Herodiano teste dixerint Boeoti.

§ 57. De voce κλέψω.

Κλεῦσαι, aoristum veterem verbi κλέψω, e nomine

Κλεύσιππος 2724 e 3

colligendum esse monuerunt Bechtelius Fickiusque, Griech. Personenn.<sup>2</sup> 472, cum laudarent Hesychii κλευσόμεθα . . . φθραξόμεθα.

§ 58. De voce λάδδουσθη.

Λάδδουσθη dixisse Boeotos e titulo 3054 6 apparet. Eodem verbo Iones usi sunt: is qui librum composuit Περὶ νόσων τὸ δεύτερον, scripsit (Hippokrates VII 110 Littré): καὶ ἄση αὐτὸν λάζεται . . . καὶ φόβος λάζεται. E lingua Ionica vox a tragicis Atticis deprompta est.

§ 59. De praepositione πεδὰ.

Boeoti praepositionem veterem πεδὰ, qua Lesbios, Argivos, Cretenses usos esse tituli testantur, ipsi quoque retinuerunt. Formula est πεδὰ τῶν πολεμάρχων 3171 5. 22, 3172 153, REG 12. 69 13, deinde nomina Πεδανγελίς 3512 (litt. dom.), Πεδάκλεις 2782, aliaque in Dittenbergeri indice congesta. Praepositio μετὰ solo exemplo praebetur 3171 40 ὁ ἐνιαυτός ὁ μετὰ Θύναρχον, sed cum titulus medium saeculum a. Chr. n. tertium non superet, maxima cum probabilitate praepositionem μετὰ a dialecto Boeotica prorsus abiudicaveris.

§ 60. De voce *πιτεύω*.

Verbum *πιτεύω* adhuc nusquam in Graecia inventum est nisi in titulo Thespiensi eo, quem Colin BCH 21. 554 sqq. publici iuris fecit; sed vocabulum a Boeotis servatum, non fictum esse re ipsa apparet. Legimus

*τοῖς μὲν πεπιτευνόντεσσι* 554 7,

*δπόττα δέ κα ἀπίτευτα ἕωνθι*<sup>1)</sup> 554 8.

Verbo sensum inesse irrigandi vidit Meister.<sup>2)</sup>

§ 61. De voce *ποίας*.

*ποίας* comparet in titulo Thespiensi BCH 21. 554 sqq:

*τῶς πῶας* 554 5. 12; *πρᾶτον πῶων* 554 15.

Vocis vim perspexit Meister<sup>3)</sup> simul suspicatus Xenophontem cum diceret *ἐν πῶαι τινὶ κατακείσθαι* (Hell. IV 1, 30; Ages. 36, 5) non feminino *πῶα*, sed masculino *πῶας* usum esse.

§ 62. De praepositione *ποτὶ*.

In Homeri carminibus *πρὸτὶ* ac *ποτὶ* eodem sensu usurpantur. Boeoti quod *πρὸτὶ* plane abiecerunt, cum omnibus fere Graecis faciunt occidentalibus. Satis erit exempla exscripsisse tituli quidem 3172: *ποταποποπισάτω* 85, *ποτὶ δᾶμον* 112, *ποτὶ κατόπτας* 140, *ποδοδωμάτων* 161.

Forma *ποὶ*, quam Ioannes Schmidt in proclisi ex *ποτὶ* profectam esse demonstrare conatus est (KZ 38. 17 sqq.), in Boeotia non occurrit nisi in nomine *Ποίδικος* 2781 13.

§ 63. De adverbio *προτηνί*.

Adverbium *προτηνί* in titulis comparet tribus:

1739 14 *τὸμ προτηνί ἐμβάντα* (Thespiis);

BCH 21. 554 2 *ἐν τῇ π[ροτ]ηνί προρρῆσει* (Thespiis; suppl. Colin);

2406 7 *[ἀγα]θῶν τῶν προτηνί[ι] πεπε[α]γμένων* (Thebis; suppl. Dittenberger).

1) Distinxit Meister.

2) Sitzungsber. der K. Sächs. Gesellsch. der Wissensch. 1897. 145.

3) l. l. 143.

Dittenberger cum vidisset vim adverbii *πρότερον* inesse vocabulo, monuit in Rheso tragoedia legi (592 f.)

*ὁμᾶς δὲ βάντας χρῆ προταινὶ τάξεων  
φρουρεῖν . . . .*

et Parmeniscum loci scholio testari vocem *προταινί* Boeoticam esse. Locativus quin sit (velut *ἀμισθί* cett.), non est dubitandum: a quo locativo descendit *προταίνιος*, quod adiectivum Hesychius<sup>1)</sup> testatur, eadem ratione qua *ἐνάλιος* ab *ἐν ἀλί*.

§ 64. De voce *χρειεῖσθῃ*.

*Χρειεῖσθῃ* tituli est 31698.

Verbum recte cum *χρηεῖσθω* tituli Calchedonii Coll. 30527 coniunxit Meister<sup>2)</sup>, Eleorum *χρηησται* eandem formam esse ac Boeotorum *χρειεῖσθῃ* pronuntiavit Bechtel (ad Coll. 3052). Neque minus recte Meister de praesentis *χρηέομαι* origine iudicavit ratus denominativum esse, cui *χρηῖφος* subesset.

---

1) *προταίνιον· παλαιόν* (!). Antecedit *προταίνιον· πρὸ μικροῦ*, ubi in lemmate *προταινί* coniecit Schleussner.

2) Coll. 1. 394.

## Pars quinta.

### Quibus rebus a ceteris Graecis Boeoti differant.

#### A. DE SONIS.

Dialectus Boeotica a ceterorum Graecorum consuetudine vocalium mutationibus quibusdam mirum quantum discedit. Ac mutantur quidem *ē* sive priscum sive productione aut contractione effectum, diphthongi *ei*, *ai*, *oi*. Iam singula perlustremur.

#### *I. Quae vocalium mutationes non pendeant e certorum quorundam sonorum vicinitate.*

##### § 65. De vetere *ē*.

Ei tituli qui litteraturae sunt domesticae<sup>1)</sup>, hunc sonum ab *e* brevi non distinguunt. Ut praebet titulus 2729 priore saeculi sexti dimidio incisus *ἀνέθεκε, Πτωϊῆϊ, ἐποίφεσε*, tituli 2229. 2230. 2279 centum annis postea exarati *ἐπόεσε, Θεβαῖος, ἀνέθεκεν, Εὐφειερίς*. Vix autem Ionica litteratura recipi coepta erat, cum pro *E* priore scribi solet *Ei*; e. gr. *Εὐφειερίς* 993. In titulis eis, qui mixtum genus scripturae ostendunt, vetus *ē* deprehenditur expressum more et antiquiore et recentiore; velut in tit. 2427 *Μέννει, -κράτεις, Ἰσμεινοτέλεις* comparent iuxta *Πτωῖλλε, Ἰπποκῦδες, Εὐρωμοκῆς, Ἀδώρετος*. Tertia quaedam scriptura Boeoti rarius videntur usi esse: in titulo 2456 pervetusto *Ἄγτ μόνδας*<sup>2)</sup> occurrit. Litteram *τ* eandem esse atque eam, quam Osci usurpant ad sonum qui inter *e* et *i* intercedit

1) Titulum 4249 omitto, quod de origine Boeotica valde dubitatur. Cf. quae exposuit Fränkel in Mus. Rhen. 56. 423 sqq.

2) Cf. *Ἄγμῶνδας* tituli Tanagraei REG 12. 73 ca.

exprimendum, Dittenberger in commentario titulo 1888 adiuncto summa cum probabilitate coniecit.

Ex eis quae modo exposui sequitur, ut vetus  $\bar{\epsilon}$  in sermone Boeotorum iam saeculo sexto — ei enim aetati titulum 2456 attribuerim — is sonus factus sit, qui inter  $\bar{\epsilon}$  et  $\bar{\tau}$  intercedebat. Ac Boeoti, cum Ionice scribere coeperunt, non parem esse sentiebant eum sonum, quem Iones  $\eta$  scribebant, ei, quem ipsi  $\epsilon$  illo exprimere soliti erant; qua in difficultate eam viam invenerunt, ut neque  $\epsilon$  neque  $\eta$  amplexi eorum sonorum, inter quos  $\bar{\epsilon}$  Boeotice pronuntiatum medius erat, notas coniungerent. Quod in nummis temporibus etiam recentioribus *Θεβαίων* reperitur (CGC 67 sqq.), nihil ad rem: quippe nummorum inscriptionibus priscam scripturam non raro diutissime conservari constat.

Post receptam Ionicam litteraturam  $\epsilon\iota$  Boeoti scripserunt usque ad infima dialecti tempora. Quod ut demonstrarem, ex eis Thebanorum titulis, quorum aetates possunt definiri, paucos deligo.

Intra annos 355 et 346 exaratus est titulus 2418. Semper *ei* exstat:

*πρισιγῆες, Ἀνακτορεῖες, ὀδοσεύοντα, Εἰροτίμω, Εἰραίωνος, στατῆρος.*

Initio saeculi tertii tribuendus est tit. 2463. Habes

*Πτωλλεῖς, Τιμοκλεῖς, Ἰσμενίας.*

Priori tertii saeculi dimidio debentur 2419. 2428—2432. 2471, quorum in hoc sunt

*Ἀριστοτέλεις ὁ πατεῖρ, μάτειρ, ἐπόεισεν.*

Post a. 250 cadunt 2433. 2434. 2435, quorum in primo legitur

*Ἀγέσιππος, Νυμεινίω, Κράτεις, Ἰατροκλεῖς, Φιλιππεῖς.*

Una tamen est exceptio, quam consulto adhuc praeterii: dico tituli 2429

*Λιονόσιος Ἡρακλείδαο.*

Ne in uno quidem nomine cui nomen Herculis subest, *ei* scribitur, neque Thebis neque in reliqua Boeotia, quod rectissime monuit Meister (1. 201). Manifestum est veritos esse Boeotos laedere nomen Herculis, quem ut deum quantum venerati sint,

vel inde perspexeris, quod omnes fere urbes Boeotiae Herculis fano erant ornatae.<sup>1)</sup>

Ut Thebis, item Tanagrae in ceterisque civitatibus Boeotiae ubique *ei* exstat. Quibus in vocabulis *η*, non *ei* scribitur, ea Boeotico sermoni abiudicanda sunt.

Hic ponimus vocem *ἔφηβος*. In titulis Acraephiensibus enim eis quibus Dittenberger numeros 2715 — 2724 *c* adscripsit, semper *ei* comparet, excepto cum nomine *Ἡροδώρω* 2724 *b* 3 (variis rationibus expediri potest) tum forma *ἐφήβων*. Quorum titulorum veterrimi sub a. 300 exarati sunt. Cum non adduci possim ut in hac una voce, si modo fuisset vere Boeotica, Boeotos credam *η* volgare scripturos fuisse, efficitur ut vocem *ἔφηβος* Boeotis ex alia quadam Graeciae regione<sup>2)</sup> affluxisse staturam. Quod inter eos titulos quos edidit Perdrizet BCH 23. 193 sqq., quattuor *ἐφείβων* offerunt (III 6, V 22, VI 5, VII 16), cum ceteri *η* retineant, illi peregrinam vocem Boeotice transferre sunt conati.

In titulo Lebadensi 3055 sub a. 350 inciso *Θησανυρόν* (v. 13) comparet. Sed ista inscriptio rebus peregrinis est referta.

Sub saeculi tertii finem vocalis ex vetere *ē* orta item atque *ī* sonuit. Quod apparet e titulo Thespiensi BCH 21. 554 sqq. edito, qui ter *παρεῖς* (v. 40. 43. 45), semel *παρεῖς* (v. 48) praebet nec non *Τίρος* nomen proprium (v. 37), quod mihi ut Meistero<sup>3)</sup> cum *Ἐδτηρίδας*, *Τήρης*, *Τηρίας*, *Τήριλλος* coniungendum videtur. Eadem scripturae inconstantia titulus Lebadensis est 3081, qui saeculo insequente incisus est: [Φιλλ]ῶ Νιομινίω, παριόντος [ἀντῆ κῆ τ]ῶ ονίῳ Νιομεινίω . . . . . (v. 1).<sup>4)</sup> Tertium exemplum hoc loco nulli momenti est, *ἱερί-(τε)ύοντος*<sup>5)</sup> dico tituli Chaeronensis 3392; recte enim Ditten-

1) Cf. Ed. Meyer, *Gesch. d. Altertums* 2. 255.

2) Ex Attica eam manasse in promptu est.

3) *Sitzungsber. der K. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* 1899. 146.

4) Cave putaveris vocalem vocis *ἱω*, cuius declinationes in *ποθ-ικων* 3083 20, *ποθίκοντα* 3080 8, 3350 4, *ποθείκοντι* 3349 5 habes, eodem spectare: dissuadet Corinthiorum *ἱκόμες* (Coll. 3119 ε), Stiriolorum *τοὺς ἐνικομένους* (IGS III nr. 32 17).

5) Cf. *ἱερητεύκατι* IGS III nr. 32 40.

berger monet huius tituli tres priores versus aetate recentiore incisos esse quam posteriores, et recentissima quidem aetate, qua ceteri quoque Graeci  $\text{ɛ}$  pro  $\text{ē}$  et pronuntiabant et scribebant.

§ 66. De  $\text{ē}$  producto.

In titulo illo Orchomenio 3172 vox *χείλοι* scribitur septies nota diphthongi, semel (*δουκαμισχίλιας* v.118) littera  $\iota$ . Constat titulum inter annos 222 et 200 exaratum esse. Cui aetati suppreses sunt titt. 4260. 4261, eodem anno incisi; utrique idem praescribitur archon, qui in hoc vocatur *Παμπείριχος*, in illo *Παμπίριχος*. Alteri saeculo tituli tribuendi sunt 3322. 3325, qui *παραμίναντας*, *παρμίναν* ostendunt. Videmus  $\text{e}$  productum eadem aetate, qua  $\text{ē}$  vetus, ad pronuntiationem  $\text{ɛ}$  pervenisse.

§ 67. De  $\text{ē}$  contractione orto.

Ea vocalis quae duorum  $\text{e}$  concursu efficitur, litteratura Ionica recepta a Boeotis eadem ratione scribi solet qua  $\text{ē}$  vetus. Habes e. g. *προστατεῖμεν* 1780 15, *χειρῖσθη* 3169 8, *Δαμοκλειῖος* 2714 5. Sub finem saeculi tertii  $\iota$  scribi coeptum est. Conferas velim

*τρῖς* 2420 (ter), 3172 101, 3193 3. 4, BCH 21. 555 31;  
*λειτωργῖμεν* 3083 24;  
*Διοκλῖος* 4128 2; *Καλλικλῖος* 3365 2.

§ 68. De diphthongo  $\text{εῖ}$ .

Veteres diphthongi  $\text{αῖ}$ ,  $\text{οῖ}$  quidnam Boeotice factae sint, quaerere desistet is qui exempla deficere mecum meminerit. Contra de soni  $\text{εῖ}$  mutationibus certiores finis coniunctivis:  $\text{εῖ}$  plane commixtum in eandemque formam redactum esse atque  $\text{ε}$ , id est pronuntiatione Boeotica  $\text{ει}$  factum esse utrumque. Cuius rei ad exempla provooco Thespiensia:

1739 7 *ἔστινάς κα δοκιμάδδαι;*  
 1739 10 *ἡ δέ κά τις . . . καθιστάει;*  
 1739 14 *κῆ δσοι κα μῖον εῖρει;*  
 1780 10 *ἐπι δέ τί κα πάθει;*  
 1780 16 *δπως βεβεία εῖ;*  
 1780 18 *ἐπι δέ κα τελευτάσει, multaue alia.*



Quod *εἰ* in titulo vergentis saeculi tertii nescio quo modo littera *τ* expressum est: 3172 68. Num is qui incidit libidine quadam adductus est, ut resuscitaret prisca?

§ 69. De veteri diphthongo *ει*.

Tituli domesticae litteraturae perraro *Ei* suppeditant, scriptura *ι* principatum obtinet, semel exstat illud *τ*, de quo iam ante verba fecimus. Haec exempla collegi:

*ἀμείνων*: Ἐπ[ὶ Ἀ]μεινοκλείας 590, Ἀμεινοκλείης 585 III 8,  
Ἀμεινομένεις 1888 c 4, Ἀμεινάδαο 2427 10<sup>1)</sup>;

*γείτων*: Ἀθανογιτίς 613, Ἀριστογιτά 3505, Διογιτά 3620,  
Διογιτών 3577, 3621, Ἐγγιτονίδα 3508, Καλλιγιτά  
BCH 18. 501 nr. 31, Καλλιγιτών 3235;

*εἶδο-*: Ποτειδάονος Ἐφ. 1899. 64.

*πειθε*, *πεισι*: Πίδαρχος 585 I 13, Πισιδίκα 655, Πισιδωρίδας 2895;

*τεισι-*: Ττισιμένεις<sup>2)</sup> 1888 b 9.

Novum exemplum scripturae *Ei* nescio an nomine Ἐρο-  
τεῖο[s] 3507 se offerat, quod cum ἔροτις<sup>3)</sup> eadem ratione con-  
iunctum esse existimaverim qua *Φαλείος* cum *Φάλις*.<sup>4)</sup>

Ex eis exemplis intellegitur Boeotos iam ante litteraturam Ionicam receptam non *εἰ* sed eum sonum pronuntiavisse, qui ab *ι* non multum discederet. Eum, qui titulum 1888 incidit (id quod anno 424 a. Chr. factum esse veri est simillimum), aliquantulum discriminis percepisse, inde concludimus, quod *Ττισιμένεις* (et fortasse *Ἀμεινομένεις* Dittenbergero auctore) littera *τ*, *Πολυτιμίδας*, *Πολύνικος*, *Κρινόλαος*, *Καφισῖνος*, *Σφρίγων* littera *ι* distinxit. Inde ab anno 400 progenies veteris *εἰ* ab *ι* differre desiit.<sup>5)</sup> Perlustremur e. gr. adiectiva patronymica tituli 537 saeculo quarto aut tertio exarati, ea quidem,

1) Hoc in titulo duo scripturae genera miscentur.

2) Ex huius nominis scriptura apparet errare eos, qui verbo *τεῖω* non *ει*, sed *ι* inesse volunt (cf. Bechtel in Roberti Studien zur Ilias 280).

3) Eust. 1908, 53 ad ἔροτή: Αἰολεῖς δὲ προπαροξυτόνως καὶ κατὰ μετὰθεσιν ἔροτιν ὡς ἀπὸ εὐθείας τῆς ἢ ἔροτις (Ahrens Diall. 1. 159).

4) [δ]οκεῖ 1875 ut e *δοκέει* contractum ab hoc loco alienum est.

5) Mansit *ει* in *Ποτειδάωνι* 2465 ut in nomine dei.

quae a stirpibus in *-o* descendunt. Ad unum omnia in *-ιος* cadunt, quod tituli Lesbiorum Thessalorumque ex *-ειος* effectum esse docent: Ἀνδρομάχιος, Διοδώριος, Μεγαλίνιος, Θιοσίμιος, Σαγυθίνιος, Πολυξένιος, Θιαγγέλιος, Πολυμνάστιος, Ἐκκολίνιος. Sequitur ut post receptam litteraturam Ionicam ubicumque scriptura *ει* comparet, eam a Boeotico sermone dissentire sit statuendum.

§ 70. De *ει* extinctis consonis intermediis orto.

Quoniam superiore paragrapho de sonis *e* et *i* antiquitus in diphthongum coniunctis dixi, nunc recordandum est, alioquin eo demum coisse *e* et *i*, quod *s* aut *v* consonae intermediae evanescebant. Atque triplicem quidem scribendi rationem videmus in domesticae litteraturae titulis adhibitam eandem, quae modo exemplorum veteris *ει* propria cognoscebatur: EI, I, E. Quod ita demonstraturus sum, ut cum eis, qui legunt, voces communicem eas, quarum *ει* ex *esi* profectum est.

- αλικης: [Ἐπ'] Ἀνφάλικι 591;
- γένος: Ἀντιγενιδας 1888 h 7, Θεαγένεια 2891;
- θάλος: [Δα]μοθάλεια 1909;
- κράτος: Ἐπὶ Καλλικράτει 2739;
- μηδος: Ἐδμηθιδας 1888 i 3;
- σθένος: [Κ]λεσθένεια 1928;
- τέλος: Ἐστέλεια 628, Θιοτέ(λ)ια 632.

Quamquam hoc *ει* diutius mansisse videtur quam *ει* vetus, tamen non potest dubitari, quin altera parte saeculi a. Chr. n. quinti a diphthongi progenie non iam fuerit diversum: nam eidem lapicidae, qui *Τισιμένεις* scripsit, Ἀντιγενιδας et Ἐδμηθιδας debentur. Deinde vocalis quae inter *ει* et *ι* intercedebat, plane in *ι* abiit; quod iam ante receptam litteraturam Ionicam factum esse discimus scripturis Ἐστέλεια, Θιοτέλεια.

At permulta et mulierum nomina et adiectiva patronymica a stirpibus in *-s* descendunt ea, quae in titulis inde a parte saeculi quarti priore exaratis non cadunt in *ια*, *ιος* (*ια*), sed in *εια*, *ειος*. Nam etsi eae formae, quas tum exspectes, non desunt (cf. Ἐπιχάρια 3155, Διοφάνιος 537 a 12), tamen numerus

earum, quas mirere, tantus est, ut paulisper suspexerit quispiam nos de aetate ea, qua hoc *ei* confluerit cum *i*, non recte iudicasse. Occurrunt enim exempla haec:

Ann. 400—350: *Θιογένειος* 2427 17;

Ann. 312—304: [*Ἀντ*]υ[*ενει*]ίω, *Ἀ[ὐ]τομειδε[ί]ω* 2723 1.2;  
*Ἐπικουδείω*, *Ἀριστοκρατείω* 2724 a 3, 2724 1. 5;

Saec. IV aut III: *Ἰαροτέλειος*, *Φοικισθένει[ος]* 537 a 14, b 6;  
*Διοφάνειος* 2429 11; *Τειλεφάνειος*, *Φιλοκράτειος*  
2431 10. 12; *Τιμοκράτεια*, *Πτωίλλεια* 1815;

Ann. 300—250: *Θιοκουδείω*, *Λοκράτειος*, *Ἀνδροτέλειος*,  
*Φιλοκράτειος* 3175 5. 15. 46. 47; *Ἀντιγένειος* 1747 7;

Ann. 250—200: *Πεδαγενία* 1832; *Σανκρατείω* 3087 3. 4;  
*Μνασιγενείω* 3166 2.

Sed re vera minime everti legem his exemplis iam intellexit Meister (1. 224). Is vir doctus, cum suo iure negaret vocalem *ει*, qua *Θιογένειος* cett. insignia sunt, ex antiquis temporibus retentam esse, eam expediendi viam iniit, ut hoc *ει* ex patronymicis in *-κλειῖος* statueret translatum esse in ceterarum stirpium sigmaticarum patronymica, qua in re ad scripturas *Ἀντιγενείω*, *Ἀτομειδείω* provocavit, quorum exemplar *Φιλοκλειίω* 3180 12 fuisse veri simillimum est. At ego quidem, quamquam patronymica in *-κλειῖος* cum patronymicis ceterarum stirpium eiusdem declinationis arctis vinculis cohaerere non nego, tamen suspicari maluerim nomina mulierum in *εια* et patronymica in *ειος* vocalem *ει* mutuata esse a nominativis nominum virorum, id est a nominativis in *-γένεις*, *-κράτεις*, *-κίδεις*, *-μειδεις*, *-σθένεις*, *-τέλεις*, *-φάνεις*. Sed utut res se habet: hoc certissimum est formam *Διοφάνειος*, quae comparet in titulo 537, antiquiorem esse quam *Διοφάνειος* tituli 2429.

### § 71. De diphthongo *οι*.

Diphthongus *οι* tempore satis remoto ita mutata est, ut altera pars ad sonum *e* vergeret. Argumento sunt tituli quidam saeculi quinti, in quibus non raro adhibita est scriptura *OE* pro *Oι*:

## Tanagrae:

*Λιονίσσος* 550; *Μοέ(ρ)ιχος*, *Ἀριστοθέωνος*, *Κοέρανος*,  
*Χοέριλος* 585 I 6.7, IV 1.11; *Ἐπὶ Φηκαδάμοσ* 593;  
*Ἐπὶ Πολυαράτοσ* 599; [*Ἐπὶ* . . .]χοσ 611.

## Thebis:

*Τοῦ Καβίροι* 3917.

## Plataeis:

*Ἐπὶ Λαμαενέτοσ* 1689.

Reliquis in oppidis eadem scriptura quin cognita fuerit, non debet dubitari. De Acraephia etiam certius quam de ceteris statui potest res; ibi enim cum AE scriptum inveniamus, OE quoque exstitisse veri est simillimum. Scriptura quidem Tanagraeorum multo magis propria quam ceterarum civitatum est. At pronuntiasse *oe*<sup>1)</sup> omnes Boeotos saeculi V parte altera cum aliunde tum hinc est statuendum, quod tertio saeculo pronuntiatio in *ü* conversa exstat.

Litteratura Ionica recepta Boeoti aliquamdiu OI scribunt; sub medium saeculum tertium Y iuxta OI usurpare incipiunt, quod Y sub finem saeculi obtinet principatum. Percenseamus titulos Orchomenios aetate definita incisos:

Ann. 329: 3206 semper *oi*.

Circ. ann. 290: 3175 itidem.

Sub. ann. 250: 3191 *τοιί*, *Μυρίχιος*, 3192 *τυί*.

Ann 240—230: 3174 *Βοιωτῆς*, *Ἐρχομενίης*, *τῆς πολεμάχης*, *τυί*, *Μυρίχω*.

Sub ann. 220: 3193 *Εὐχώροι*, *Ἀθανοδώροι*, *Πεδάλλοι*, *Νικάχοι* — *Θιοντίμν*, *Ξενοτίμν* bis, *Πισιμείλν*; *χάλμοι ὀβολοί* dialecto vulgari debentur.

Ann. 222—205: 3166 *τοῖ δάμοι*, *ἐγγόνιοσ* — *αὐτῦ* bis, *Φυκίας*, *προξένυς*.

Ann. 222—200: 3171 semper *v*, 3172 *oi* saepius quam *v*.

Sub ann. 200: 3169 semper *v*.

1) Cum Boeotorum diphthongis *ae*, *oe* Blassius apte Oscoꝝum *At*, *Vt* confert (Ausspr. 56). Ceterum scripturae AE et OE intra Boeotorum fines non coercentur; cf. Kretschmer, Die griech. Vasenschr. 33. 126. 128 et Jahreshefte des österr. arch. Institut. 3. 134.

Si iam quinti saeculi pronuntiationem non *oi*, sed alium quendam sonum fuisse intellexeris, quem Boeoti signis OE exprimebant, certe OI illud scripturae Ionicae non nisi prioris orthographiae memoriae deberi facile concedes; eius, quam receperunt, litteraturae quonam signo sonum sermonis sui proprium melius exprimerent homines quam diphthongi nota, non inveniebant.

Consentiunt tituli civitatis Boeoticae cuiuslibet; Acraephienses adsumamus:

Ann. 400—350: 4155 *Πτωῖοι*.

Ann. 312—304: 2724 *b* semper *oi*.

Sub ann. 300: 2723. 2724 *a* semper *oi*.

Sub ann. 250: 2715 *τυῖ*; 2716 *Βοιωτοῖς*, *Θοινάρχω*, *Θοινίων* — *τυῖ*; 2717 [*Βοιω*]τοῖς — *τυῖ*; 2719—2721 semper *v*; 4156 *Πτωῖν*.

Apparet sonum illum quem in quinti saeculi titulis OE scriptum supra vidimus, eum tertio saec. in sonum abiisse novum, qui ab Atticorum *ü* aut paulo aut omnino nihil discederet. Quam ob rem Boeoti medio saeculo tertio *Υ* pro OI scribere coeperunt; id quod eo magis eis licebat, quia inde a medio saeculo quarto *u* vetus non littera *Υ* sed OY coeperant exprimere.

Neque vero sonus *ü* ex diphthongo *oi* profectus perstitit immutatus. Altero enim a. Chr. n. saeculo non modo *Υ*, sed etiam EI scripserunt. Recordare quaeso manumissiones Chaeconenses 3301—3406, quas Dittenberger „propter miram dialecti varietatem“ eius aetatis esse censuit. Habemus e. gr. in tit. 3303 *τῷ Σαράπι*, *ἀσαντῷ*, *τῷ ταμίη*, 3348 *τῷ Σαράπι*, *ἀσαντῷ*, *τῷ γονεύς*, sed persaepe *τεῖ Σαράπει*, *τεῖ Σαράπει*, alia, velut in tit. 3356 *τεῖ Σαράπει*, *ἀντεῖς*, *ποιούμενοι*, utramque praeterea scripturam 3313 *ῶ*, *τεῖ Σαράπει*. Ei aetati suppare sunt tituli Lebadenses 3080—3083; quorum in primo legimus *τῷ Δι τεῖ Βασιλεῖ κῆ τεῖ Τρεφωνίει*, *μεῖτε ἀντεῖ Σάωνι μεῖτε ἄλλει μειθενί*, *τό τε ἱαρεῖες κῆ τε[ῖ ἰα]ράρχη* *τὸ ἦτι ἀντιτιονχάνοντες*, in postremo *Βοιωτῶς*, *τῷ Δι τῷ Βασιλεῖ καὶ τῷ Τρεφωνίῳ*, *εἴσι* (id est *οἴσει*).

Cuius pronuntiationis fuerit nova ista diphthongi progenies, non perspicio. Nam quod viri docti sibi persuaserunt Boeotos saeculo altero  $\tau$  pro  $\ddot{u}$  pronuntiasse, id a me ut credam ideo impetrare non queo, quod res si ita se haberet, summe mirum esset, cur scripturae  $\mid$  pro  $E\mid$  ne vestigium quidem deprehenderetur. Quippe sonum e vetere  $\bar{\epsilon}$  profectum sub finem saec. tertii constat modo  $E\mid$ , modo  $\mid$  scriptum esse: cur tandem Boeoti, si modo saeculo altero  $i$  pro  $\ddot{u}$  pronuntiabant, in scriptura  $E\mid$  adeo persisterent, cur ne semel quidem  $E\mid$  cum  $\mid$  commutarent? Sequitur ut sono  $i$  admixtum aliquid fuerit, quod accurate definire non possumus.

Illud addo, diphthongum vocis *Βοιωτός* ubique scriptura retineri, uno titulo excepto: *Βυωτών* 2864 iuxta *ἀντίς* et *τοῖ*. Congruit scribendi ratio ea qua Boeoti usi sunt in nummis (CGC 35 sqq.).

#### § 72. De diphthongo *αι*.

Eodem modo quo *oi* vetus in quinti saeculi sermone Boeotico cedit sono *ei*, quem lapicidae non raro litteris *OE* exprimebant, *αι* vetus mutatur in sonum eum, qui in eiusdem saeculi titulis nonnumquam *AE* scribitur. Haec collegi exempla:

Tanagrae:

*Ἀεσχρώνδας Ἀγίτ[αο]*<sup>1)</sup> 550; *Ἀβαεόδωρος* et *Φεργαένετος* 585 I 10, III 5; *Ἐ[πὶ Ἀ]μεινοκλείαε* 590; *Ἐπὶ Ἀουανίας* 596; *Ἐπὶ Πραύχαι* 600; *Ἐπὶ Πυλμιάδαε* 602; *Ἐπὶ Ωλίβαε(?)* 606; *Ἀβαεόδωρος* 612; *ἘδΨαεν[έ]τα* 3510; *Μαγνταέα εἰμί Ἐφ.* 1896. 244.

Plataeis:

*ταῖ Δάματρι* 1671; *Ἐπὶ Λαμαενέτοε* 1689.

Acraephiae:

*Λαῆσος*<sup>2)</sup> BCH 22. 254 nr. 11.

1) Ita nomen cum Röhlio supplendum esse titulo quodam Thebano demonstratur, quem Francogalli BCH 22. 270 publici iuris fecerunt. Ibi *Ἀγίτας* scriptum est.

2) Reminiscendum est nominum *Λαιστρατος*, *Λαισθένης*, de quibus Bechtelius egit Hermes 34. 396.

Litteratura Ionica recepta Boeoti eum sonum quem antea AI et AE scripserant, littera H coeperunt exprimere. Qua in re summi momenti est, quod titulus ille Thebanus 2427, in quo mixtum quodam genus scripturae supra cognovimus (§ 65), ter litteram H, diphthongi notam minime praebet: *Λαμπρίης, Τελέστης, Ἀρίστημος*. Ergo sub finem saeculi quinti Boeoti non iam diphthongum pronuntiabant, sed monophthongum. Quare AI inde ab anno 400 ubicumque incisum invenimus, discrepare necesse est scripturam a Boeotia. Rei pauca exempla deligo. In nummis a Chaeroneisibus intra annos 387 et 374 percussis XAI aut XAIΠΩNE legitur (Head Hist. Num. 292): de scribendi constantia, qua nummi insignes sunt, iam supra (§ 65) disputavi. Deinde quod in titulis 2407 et 2408, quos intra annos 366 et 363 conceptos esse demonstravit Köhler, semper AI scriptum est, id e monumentorum indole repeto: sunt enim plebiscita de honoribus duobus peregrinis hominibus donandis. Ac in priore quidem cum a sermone Boeotico nihil abhorreat nisi AI diphthongus, in altero non modo καὶ et Αἰώνδαο, verum etiam ἔγκλησιν, Θάλασσαν, αὐτῶι comparent. Res mihi ita videtur expedienda esse, ut statuamus Boeotos mero sermone uti noluisse, quo facilius decreta a popularibus eorum intellegerentur, ad quorum honores pertinebant.

Neque vero permansit is sonus, quem H scripserunt Boeoti, sed ei sono cessit medio saeculo tertio, qui inter ē et ι versatur: post a. 250 enim EI scribere coeperunt.

Titulos Tanagraeos 504—524 medio saeculo tertio recentiores esse exposuit Dittenberger in commentariolo inscriptioni 524 adiuncto. Eiusdem aetatis plebiscitum est 531. In eis titulis sexies (510. 511. 512. 522. 523. 531) habes *Ταναγραείων*, semel *Ἀθαναῖον* 531. Ceterarum vocum retinetur η: *δεδόχθη* et *κή* 510. 511, *προξενίη, ἐσκηδεκάτη, κή, εὐεργέτης* 522.

Thebanus titulus est BCH 23. 588 sq., quem ne altius post medium tertium saeculum detrudas, dissuadent adiectiva patronymica. Hic occurrunt *Θειβεῖν, κή, Σαμῆω, Αητολάω*.

Circa annum 200 titulus Thespiensis 1780 conceptus est, cuius versu 16 *βεβεία* praebetur.

Paulo recentior inscriptio est Acraephiensis, quam Perdrizet BCH 23. 92 edidit. Quo in titulo, cum in ceteris vocibus  $\eta$  retineatur, Ἀθηνεῖον et Ῥωμεῖον scriptum invenimus.

Initio saeculi primi tabulam Orchomeniam 3195 tribuit Dittenberger. Huius quoque tituli ethnicis Ἀθανεῖος, Θειβεῖος  $\epsilon\iota$  pro vetustiore  $\eta$  praebetur.

Omnium quae collegi exemplorum  $\epsilon\iota$  ante vocalem positum est, neque ullum memini exemplum, cuius  $\epsilon\iota$  aut consona excipiat aut vocem terminet. Mero casui nemo est qui tribuere conetur. Profitendum est igitur non omnia  $\bar{\epsilon}$  in novum sonum abiisse, sed ea tantum, quae vocalis subsequeretur.<sup>1)</sup>

Quo tempore EI pro H scribere coeperunt Boeoti, vice versa nonnumquam H pro EI posuerunt. Haec exempla inveni:

ἤμεν 512 3, 523 3 (εἴμεν 523 6), 524 3 (εἴμεν 524 4); in eisdem titulis Ταναργείων deprehendimus;

τῆ βηλομένη REG 12. 69 18 (sub finem saec. III)\*);

ἀπήνιξεν 1737 11 (intra annos 229 et 200); contra εἴνιξαν 2418 24 (circa a. 350);

Βιόνη (expectaveris Βιόνται) 1753 6.

Confunduntur igitur scripturae eius soni qui ex  $\bar{\epsilon}$ , et vetere et productione aut contractione orto, profectus est, atque eius, quem ante vocales ex diphthongi  $\alpha\iota$  progenie factum esse modo perspeximus. Neque vero mira ea est confusio: nam ut illum sonum antiquitus inter  $\bar{\epsilon}$  et  $\bar{\iota}$  versatum esse certissimum est, ita hunc medio saeculo tertio et ipsum inter  $\bar{\epsilon}$  et  $\bar{\iota}$  intercessisse facere non possumus quin suspicemur. Quare hic sonus cum scribi inciperet ratione duplici, facile poterat fieri, ut ille eadem duplici ratione exprimeretur.

### § 73. De sono $\upsilon$ .

Littera Y scriptura domestica apud Boeotos earundem stirpium est, quarum Attice; postea OY quoque scribi coeptum

1) Sequitur, ut  $\epsilon\iota$  tituli Lebadensis 3081<sub>4</sub> e lingua vulgari irrepisse statuamus.

2) In eo titulo persaepe H invenitur, ubi EI expectas: 69 6 ἦ, 9 κατασκευασθείη, 10 φήνητη (= φάληται) cett.



pervicit saeculo fere tertio. Inde viri docti iam dudum collegerunt *v* Boeoticum antiquitus non *ü*, sed *u* pronuntiatum esse.

Υ quidem quod ante receptam litteraturam Ionicam pro sono *u* scriptum est, satis habeo exemplorum commonefacere tituli 1888 anno 424 compositi, cuius litteratura inter utrumque scribendi genus quodammodo intercedit. Hic habes *Πυθίας, Πυθόδωρος, Φθῆνος, Πολύδδαλος, Δραῖπυς, Κόκκνυ* in *a*, *Πολυκλίεις, Πολυτιμίδας, Πυθόδωρος, Πολύνικος, πυθιόνικα, ὀλυμπιονίκα* in *b*, idemque Υ redit per omnes tituli ordines.

Inscriptiones Ionicae litteraturae aetate definita hoc demonstrant:

Anno fere 350:

3055 semel *Πουθόνικος Ταναργῆος Φιλοκράτειος*, bis *Πυθόνικος Φιλοκράτειος Ταναργῆος*.

Anno 329:

3206 *Πουρρίνιος, Σιμού[λιος], Φασύλλιος — Διωνίσιος, [Πολ]υξένιος, Εὐρυφάντιος, Ὀλυμπίχιος, Εὐρυβατάδας*.

Intra annos 312 — 304:

2723 *Πούθωνος — Φαστυμειδοντίω, Γρυλίωνος, Ὀνουμάστω*.

2724 *Ἐπικουδεῖω, Ὀνουμάστω — Εὐωνυμοδώρῳ Πυθορμῖω, Φορυσκίω*.

Sub ann. 300:

2429 semper *v*.

2430 [*Φρο*]νίσκος — *Λύσιππος, Ὑπατόδωρος*.

2431 *Πουθόδωρος — Ὀλυμπιάδας, Ἀνίος, Πολυκάρεις, Εὐρυφάντιος, Ῥύσκος, Ὑπατίας, Πολύδωρος*.

Intra a. 290 et 280:

3175 *Θιοκουδεῖω, Πουθίας, Πούθων, Πουθόδωρος, Πολουξένιος, Εὐθουμος, Πουθόνικος — Πολυρεῖτω, Θρασύλαος, Ὀλυμπίχιος bis, Εὐρύλογος, Μύρτων, Ἴθυκράτειος, Ανκίνιος, Αννάτιος*. — In eodem titulo semel *ιον* (*Διωνιούσιος*) et semel *ο* (*Σομφόρω*) habes.

Hic ad tempus consistamus. Exempla docuerunt de soni *u* pronuntiatione non esse dubitandum. Nihilo minus multo saepius *Y* quam *OY* scribitur per totum saeculum quartum usque in tertii partem priorem. Optime convenit quod eodem tempore diphthongum *oi* veterem pronuntiari quidem *ii*, scribi tamen multo saepius *OI* quam *Y* cognovimus. Quanto magis igitur deficit scriptura *Y* pro *u*, tanto saepius litteram *Y* in locum scripturae *OI* videmus succedentem. Quod *O* occurrit, idem testimonium est pronuntiationis *u*. De scriptura *IOY* infra disputabo.

Iam titulos perlustrari pergamus.

Ante a. 250, sed non iam sine dialecto vulgari:

2781 *Διωνουσίχιος, Πουρρίχιος, Ἀργοννίων — Πολυκριτίω.*

Videmus *OY* scripturam crescere.

Ann. 240—230:

3174 *Διωνουσίω, Ὀξούμαχος Λούκωνος, Μούρωνος — Λιουσίας, Ὀλιουνπίωνος.*

4172 *Πολυκλεῖς, Τύχων.*

Ann. 220—200:

3172 *σονν-, Διωνουσίω, οὔπερ-, ἀργουρίω, μουρίας, ἐγγούως, ἄκουρη, Ἰθούδικος, κούριον, οὔπαρχώση, τεθμοφούλακες — διούο, Ἰθιούδικος, Θιουῖω, Λιουκίσκω, Λιουσιφάντω, Πολιουκρίτω, ὄνιουμα.* Quae scripturarum *OY* et *IOY* exempla omnia fere ter aut quater redeunt forma eadem. At idem titulus praebet *ἄκουρὺ νυ ἐνθω* in parte *B* (v. 88), *Πολυκράτιος* in *D* et *F* (102. 155), *ὑπεραμερίη* ter et *σύγγραφον* in *E* (115. 123. 133. 120), *μουρίας* in *F* (154), *ἐγγύω* et *Συννόμω* in *G* (163).

Huius tituli partes non eadem singulae aetate sunt incisae. Ac partes *A—C* quidem praeter vocem *νυ* dialectice non nisi *OY* vel *IOY* habent, quae intra versus sexaginta fere non minus tricies sexies exstant; duo illorum exemplorum praeterea inveniuntur in parte *A* ceteroquin vulgari. Exceptiones igitur non fere sunt nisi partium *E—G*, ubi nihilominus propemodum evanescunt inter *OY* et *IOY*, summum in parte *E* monstrant

numerum; sed ibidem illic maior est quam in reliquo titulo (excepta parte *A* scilicet) numerus vocum dialecti vulgaris vel potius vocum dialecti item vulgaris. Nam volgare est *Y* partis eius *E* ita, ut *Oi* quoque eodem tempore volgare penetrare supra vidimus (§ 71) pro sono *ü*. Ut vero *Oi* illud volgare pronuntiabatur *oi*, item *Y* volgare *ü* pronuntiandum est. Contra *Y* illud vetustius in Boeotia *u* pronuntiatum erat, deinde evanuit sensim, cum *OY* pro *u* scriberetur eodem tempore quo *ü* illud Boeoticum ex *oi* profectum littera *Y* expressum est. Quam divisionem sub a. 220 factam esse exemplo modo allato aliisque confirmatur. Videlicet per totum saec. IV fieri poterat praeterea, ut etiam *v* volgare hic illic immisceretur linguae. Attamen quam rarum *v* illud volgare fuerit ante annum fere 215, vel inde apparet, quod ab anno fere 235—215 fere semper *OY* et *IOY*, vix unquam *Y* scriptum videmus.

Ad rem accuratius illustrandam nunc titulos Hyettios anno 250 recentiores proferam hos:

Ann. 250—246:

2829 Πουθόδωρος bis — Πολιονκλίδαο, Πολιουξένιος, Διωνιουσοδώρω.

2809 Θρασουλάω, Θρασουλαΐδαο, Εὐθούτιμος, Γοργύλος — Τιούχα, Πολιονκλίδαο.

2817 Διωνιουσίω — Θρασυλάω.

Ann. 240—210:

2830 Πιθούλλω, Ἀμοννίαο — Πολιούξενος.

2831 Λούσανος — Διωνιουσοδώρος.

2818 Βραχούλλεις, Πουρρίας, Πούθων — Πολιουχάριος, Πολιονκλίδας, Πολιονκλίδαο, Ἰθιούλλιος.

2824 Πολούρειτος, Ἀμοννίαο — Διωνιουσοδώρω.

Ann. 214 vel paulo post:

2822 Θρασουλαΐδαο, Μονηρίνω, Ἀμοννίαο, Ἀμοννίας, Πουθόδωρος — Πολιουκλεῖος, Ἰθιούλλιος — Θυμάριος.

2827 Μονηρίνος — Διωνιουσοδώρω τετ, Πολιονκλίδαο — Ἀμοννίαο.

Non multo post 213:

2825 Κουδίπετω, Πούθων.

2826 Πουθογένιος — Πολιουμείλω.

Divisio illa litterarum sub annum fere 220 firmissima fuit, adscribenda est ei temporis spatio, quod annis fere 235—215 continetur; quo serius vel prius abinde decedimus, eo minus est dilucida. Neque legem accurate definitam valere unam atque eandem post vel antea in singulis titulis Boeoticis quisquam expectabit.

De scripturis OY, IOY, O in eis quae antecedunt ita verba fecimus, ut quaerere adhuc neglexerimus, utrum sonos significarent eundem an diversos. Atque O quidem ab OY specie, non re distare pro certo cum habeam, de IOY scriptura aliter est iudicandum.

Cuius scripturae exempla perlustrati facere non possumus, quin non nisi post λ, ν, dentales adhibitam esse animadvertamus.<sup>1)</sup> Quod recte Meisterus docuit (Griech. Dial. 1. 283) Beermannum secutus, qui primus post ν et λ illud ι irrepsisse intellexerat (Curt. Stud. 9. 57). Sed hoc u quoque, quod vocis initio est, hic illic IOY scriptum est: ad *ιουιά* tituli Chaeroneensis 3377 ε provocavit Meister. Adde quod unum innotuit exemplum, quo IOY post sibilum praebetur: *Σιούνεσις* 1390. Videmus scripturam IOY in usu fuisse post dentales, nasalem ν, liquidam λ, sibilum σ, vocabulorum initio. Numquam deprehenditur post labiales, nasalem μ, gutturales, liquidam ρ: semper habes *Πουθο-*, *Φουσκίων*, *Ἄμουνο-*, *Κουδο-*, *Βρόχουλλος*, *ἄργουρος*, *Ἐύρου-*: passus est sonus u medio saeculo tertio affectionem quandam impeditam quidem labialibus, nasali μ, gutturalibus, liquida ρ. Perbene Beermann eandem affectionem eisdem fere condicionibus apud Oscos effectam esse monuit, cum afferret *Diumpais*, *tiurei*, *Niumpsis*; addere debuit *Siuttis*.

Scriptura O raro occurrit. Praeter *Σομφόρω* et *Ἄμονία* haec repperi:

Tanagrae:

*Πολόκλια*, *Πολοξ-* 1341. 1342 (aetatis incertae).

Thespiis:

*Ἰολονπίων* 2000 (aetat. inc.).

1) Nullo modo igitur genetivus ΤΑΡΙΟΥΟΣ, quem Perdrizet BCH 23. 197 27 legit, tolerari potest. Quid lapicida aut scripserit aut scribere voluerit, non magis enucleo quam van Gelder (Mnemos. 1901. 294).

Coroneae:

<sup>2</sup> *Ἀμόντας* 2909 (aet. inc.).

Lebadeae:

*ὑπεραμερίας* 3054 10. 13 (ib. *λάδδουσθη*), *ὑπερδικιόνθω*  
3081 5 (ib. *οὐιῶ*, *Πουθαγόρας*), *θοσίης* 3083 25 (ib.  
*Τούχα*).

Scripturam volgarem Y sub finem saeculi III irrepere vidimus. Sed eodem signo sonum *oi* exprimere cum sensim consuevissent Boeoti eaque consuetudo paulatim abolesceret ideo, quod cum volgari dialecto signum OI redibat, errore non mirabili hoc OI quamvis raro scriptum est etiam pro vetere sono *u*. Tituli 3301 exemplum *οἰῶν*, quod cum *ύός* tituli 3307 conferas velim, quamvis saeculi demum sit alterius, tamen ea scriptura iam saeculi tertii partis alterius est. Namque id *u*, quod post vocales ex *o* brevi demum ortum est, eadem iam aetate OI scribi in § 76 exponam. Quod si ita se habet, quin peculiare *u* eadem scriptura exprimi potuerit, non est cur dubites: quae quod mero casu e saeculo tertio conservata non est, inde nihil efficitur nisi eam fuisse perraram.

Venio nunc ad veteris *u* vicissitudines saeculi secundi. Nihil proprie novum exspectamus nisi id, vulgaris *v* exempla augeri.

Ac re vera titulis e. gr. 3301—3407 rem ita fere se habere demonstratur. Habes

3301 *ἄνουμα, συνεδρίω, συννεδοκιόντων* — *οἰῶν*.

3302 *τούχαν, συνεδρίω*.

3303 *Πούριππος, γονημί, συνεδρίω* — *γινιούμενον*.

3304 *συνεδρίω* — *Μικόλος, Ἐϋφροσόνα*.

3305 *συνεδρίω*.

3306 *συνεδρίω*.

3307 *συνεδρίω* — *ύός*.

Similis est distributio in titulis 3308—3406. Hoc loco satis habeo commemorasse *Ἀμονία* 3309 1, *Ἐϋφροσόνα* 3315 3; *οὐιῶ* 3377 6 iam ante attuli.

Restat ut de forma *ποιούμενος* verba faciam.

A praesente *ποιέομαι* quod descendit participium *ποιέμενος*, Boeotice *ποιόμενος* evaserit necesse est: quod creberrimum est in titulis. Inde formam *ποιόμενος* et ipsam lapicidis tritissimam non nisi scriptura distare non est quod moneam. Sed ecce tertia forma: *ποιούμενος*. Quaeritur quid de eius origine statuendum sit. Ac meum quidem assensum fert Guilelmus Schulze, qui *ποιούμενος* orthographice tantum a *ποιόμενος* discedere exposuerit (Quaest. ep. 45 adn. 5): ne *ποιούμενος* e vulgari dialecto irrepsisse quis putaret, dialecto dissuaderi consulto conservata in eis titulis, quibus *ποιούμενος* praeberetur. Idem vir casuum terminationes prorsus Boeoticas mansisse commonuit recte. Exempla vocis collegi illius aetatis Chaeronensia. Ad *ποιόμενος* (1a), *ποιόμενος* (1b), *ποιούμενος* (2b) accedit quarta *ποιούμενος* (2a). Distributio haec est:

1a: 3302. 3309. 3313. 3334. 3348. 3377. 3379. 3397.  
3398;

1b: 3303 — 3305. 3307. 3315 — 3317. 3339. 3349 — 3351.  
3386;

2a: 3356;

2b: 3301. 3314. 3329. 3342. 3352. 3365.

Animadvertendum est titulos omnes aetate non nimis distare; quin etiam diversae formae saepius eiusdem sunt lapidis, ut 3301 — 3307. Forma *ποιούμενος* Schulzio tum nondum cognita praeclarissimo est argumento recte iudicasse virum doctissimum.

#### § 74. De *e* brevi.

Vocalem *e*, quam ab omnibus Graecis quondam pronuntiatam esse ore aperto defendit Blass<sup>1)</sup>, Boeoti ediderunt labris conclusis.<sup>2)</sup> Nam inde a saeculo quinto *e* ante consonas positum hic illic *Ei* scriptum exstat. Haec exempla innotuerunt adhuc:

1) Ausspr. <sup>2</sup> 27.

2) Lucilius Sat. 322 edd. Lachmann-Vahlen:

'hoc illi factum est uni' — tenue hoc facies *i*;

'haec ille fecere' — adde *e*, ut pinguu' fiat.

Similiter Terent. Scaurus (Keil, Gramm. Lat. VII p. 18 v. 23) *i* exile et *i* plenum commemorat. Quae recordati dicere possumus totius Graeciae *e* plenius a Boeotis tenue factum esse.

*Ἐϋφειτίας*<sup>1)</sup> 2730, Acraephiae (litt. dom.);  
*Φαστυμειδοντίω*<sup>2)</sup> 2723 3, ibid. (312—304);  
*Πειρίπολος* 2724 b 5, ibid. (312—304);  
*Ξεναρείτω*<sup>3)</sup> 4157 5, ibid. (medio saec. III)<sup>3)</sup>;  
*Ἀρείστωνος*<sup>4)</sup> 3175 42, Orchomeni (ann. 290);  
*Κλισθείνιος, Λαμοξείνω* 2813 4. 6, Hyetti (circ. ann. 246);  
*Θιόφρυστος, Θεισπιεύς* 3172 90. 92, Orchomeni (222—200);  
*πεποιόντεισσι* BCH 21. 554 7, Thespiis (eiusdem aetatis);  
*Ὀφειλέμω* 3068 11. 12, Lebadeae;  
*ἀντίθειτη* 3082 3, Lebadeae.

Recte igitur fortasse *Μενεικράτης* tituli 1203 se habet.

Eadem ratione Meister alios secutus scripturam *Θεισπιεύς* cett. expediri voluit (Dial. 1. 242). Neque nego me ipsum eandem sententiam amplexum esse, priusquam Dittenberger, praeceptor meus, me docuit longam vocalem urbis nomini inesse (*Thēspīae*), Atticos ceterosque Graecos demum vocalem corripuisse, cum de *Θέσπις, Θεσπέσιος* cogitarent.

## II. Quas mutationes vocales sonorum concursibus passae sint.

### § 75. De *e* brevis ante vocales mutationibus.

Sonus *e*, quem clausis labris a Boeotis pronuntiatum esse vidimus, ante vocales ita mutatus est, ut ad pronuntiationem *i* perveniret. Quam mutationem iam quinto saeculo perfici coeptam esse testes sunt tituli, in quibus *e* breve ante vocales positum modo *E*, modo *Ei*, modo *ι*, modo *ι* scriptum est.

Perlustremur exempla litteraturae domesticae omnia.

#### a) *e* = *E*:

*Ἀμυνοκλέεις, Φισοκλέεις, Θεόζωτος* 585 III 8, IV 10,  
 III 15 (426 a. Chr.); *Μνασιθε*- 647; *Τιμασίθεος* 662,  
 Tanagrae.

*Θεαγένεις* 2563, *Θεοκτίδας* 2566; *ἀνέθειαν* *Ἐφ.* 1896.  
 243, Thebis.

*Μογέα* 3467, incertae originis.

1) Meister, Sitzungsab. d. S. Gesellsch. d. Wiss. 1899. 146.

2) Fick-Bechtel, Griech. Personenn. <sup>2</sup> 127.

3) *Ὀφειλέμω* 2717 13 lapicidae errore pro *Ὀφειλέμω* scriptum videtur.

4) *Ἀρ(ε)ίστωνος* Dittenberger.

b) *e* = E1:

- ἀνέθειαν* 1671, Plataeis;  
*Φειάρινος* 1919, Thespiis;  
*Θειογίτα* 2565, Thebis;  
*Θειόδοτος* 2733, Acraephiae;<sup>1)</sup>  
*Θειοφίτος* 3511, Tanagrae.

c) *e* = t:

- Ἀρξικλῆεις, Πολυκλῆεις, Προκλῆεις, Κληγεύεις* in titulo  
 Thespiensi 1888 a 5, b 2, f 7, i 1 (ann. 424 a. Chr.);  
 verum *Κρεοντίδας* f 1;  
*Προκλῆεις* 1943, Thespiis.

d) *e* = l:

- Θιομνάστα* 631, *Θιοτέλια* 632, Tanagrae;  
*Θιαγένια* 2891, Coroneae;  
*Προκλίεις* 3117, Lebadeae;  
 --*νοκλίεις* 3238, Orchomeni;  
*Ἐξίθιος* 3435, Chaeroneae.

Mutationem per omnes Boeotiae urbes vigere vides. Neque quicquam interest, utrum sono *j* an *s* an *v* extincto vocalis *e* et vocalis subsecuta inter se concurrerint: habes enim *-κλίεις* ex *-klevēs* ortum non minus quam *Θιο-* ex *dhveso*-<sup>2)</sup> profectum. Boeoti igitur dissentiunt a Gortyniis aliisque, quos *e* digammo exceptum retinuisse probavit Solmsen (KZ 32. 513 sqq.), consentiunt cum Metropolitanis, Cieriensibus, Pheraeis Thessaliae.

Priore saeculi quarti parte tituli 2427 (Thebanus) et 3130 (Lebadensis) incisi sunt, in quibus mixtum litteraturae genus adhibetur. In hoc *Θεαγένεις* occurrit, *Θιογένειος* in illo.

Littera t, simul ac scriptura Ionica recepta est, evanuit videlicet; manent E, E1, l, ubi E, sicut iam quinto saeculo historice tantum conservatum, non iam *e* pronuntiatum esse per se ipsum apparet. El longe rarissima est scriptura; cuius exempla in titulis saeculi quarti et tertii inveni haec:

1) Hic occasione oblata moneo pro ΚΙΘΟ; tituli eius qui antecedit legendum esse ΚΙΘΟ; ; cf. *Κίρος, Κιρίας, Κίρων, Κιρωνίδης* allata a Bechtelio, Spitznamen 48.

2) Lit. *duāsē* (spiritus) primus contulit Ferdinandus de Saussure (Mémoire 81).



*ἀνέθειαν* 2724 2 (312—304; *ibid.* τῷ θεῷ);

*Νικείας* 1740 8 (post 250 a. Chr.);

*Μενεσθένειος* 1674 8 (eiusdem aetatis);

*Ξενοφάνειος* 2782 15 (eiusd. aet.);

*Μενεκράτειος* 2785 4 (eiusd. aet.; *ibid.* πολεμαρχιόντων).

Scripturarum *ἀνέθειαν*, *Νικείας* cum pauca exempla exstent, in genetivo singularis stirpium sigmaticarum scripturam *ειος* ter adhibitam invenimus. Qua de re ut recte iudicemus, maxime ea scriptura adiuvamur, qua in genetivis nominum in *-κλεις* usi sunt Boeoti:

*Καλλικλειος* 2716 9 (post 250 a. Chr.);

*Ἀμινοκλειος*, *Πατροκλε[ι]ος*, *Ἐλευθεροκλειος* BCH 23. 194

I 6, Π 8. 18, *Ἀμινοκλειος*, *Τιμοκλειος* 200 VIII 2. 10. 12 (eiusdem aetatis)<sup>1</sup>;

*Μνασικλειος* 2786 5 (eiusd. aet.).

Non dubitandum esse mihi videtur, quin lapicidae, qui adiectiva patronymica in *-κλείος* (ex *-klevesios*) incidere didicerant, eadem scriptura uti perrexerint, cum non iam patronymica sed genetivos incidere opus esset. Nam *Καλλικλειος*, *Ἀμινοκλειος* ceteraque esse adiectiva patronymica, non genetivos, inde efficitur, quod ea tantum ratione litterae *ει* expediri possunt: nam si quis contendat *ει* idem valere atque *ει*, quaerendus est, cur numquam in titulis eisdem *πολεμαρχιόντων* *sim.* emergere credat. Quodsi concesseris *Καλλικλειος* cett. ex adiectivis patronymicis deprompta esse, facere non poteris quin de *Μενεσθένειος*, *Ξενοφάνειος*, *Μενεκράτειος*<sup>2</sup>) iudices similiter: scripsisse lapicidas *-ειος* in genetivis ideo, quod in adiectivis patronymicis, quae tum evanescebant, *-ειος* scribere soliti erant.

Quo modo E et I distributa essent, ut statuerem, exempla composui quae tempore definito Ionica litteratura exarata sunt Tanagraea et Thebana.

1) In ceteris tironum catalogis Acraephiensium a Paulo Perdrizet editis *-κλειος* non occurrit: III 10 *Ἄνασιθαμος Ἀριστοκλείος*, III 12 *Ἀρχίας Ἀγαθοκλείος*, IV 8 *Καλλικράτειος Ἀριστοκλείος*, V 18 *Καλλικλείος Πρωϊοκλείος*, V 20 *Νικοκλείος Θέμανος* cett.

2) *Φιλοκράτειος* tituli 3055 23. 25. 27 utrum patronymicum sit an genetivus, diiudicari nequit, etsi hoc quidem multo veri similis est.

## Tanagrae:

Intra ann. 371 et 300:

552 *Κληρέτω, τῆς θιῆς.*

Intra ann. 222 et 205:

504 *ἰώσας; 505 νομεινή, ἰώσας, Νεαπολίτας; 506 ἰώσας; 507 Εὔξιθίω et ἰώσας; 508 Ἀφικράτιος.*

Sub finem saec. tertii:

REG 12. 69 sqq. *ἰάοντυς, θιάς, θιῆς, Φέτια, νωτέρως, ἴει, ἐκποιώνθι, ἴωνθι, Θιοτίμω, Θιομνάστω cett. Adversatur Φιλλέας.*

## Thebis:

Intra ann. 366 et 363:

2407 *θεός — ἰώσας, βοιωταρχιόντων, Θίωνος;*  
2408 *βοιωταρχιόντων.*

Sub ann. 300:

2430 *Θεοζότιος;*  
2431 *Θιόπομπος.*

Paulo ante 250:

2428 *Θιότιμος, Θίωνος, Θιόκριτος;*  
BCH 23. 587 sq. *καβιριαρχιόντων;*  
2471 *Θοινέαν τοῖς θεοῖς; artifex Cantharus Sicyonius.*

Sub ann. 250:

2421 *ἰαραρχιόντος, Θιοδώρα, Θιοζότα;*  
2432 *Πυθέας, Θεο --.*

Post ann. 229:

2406 *διατελλώνθι — Ἀρεοπαγῖτη.*

Sub finem saec. tertii:

2420 *καβιριαρχιόντων ter, Ξενοκράτιος, νωτέρω, Τιμόλλιος, Δαϊκράτιος, ἐνία — Εὔρέα.*

Sub finem saec. tertii vel initium alterius:

2434 *Λωροθέω, Θεοτέλιος, Θεοδώρω;*  
2435 *--τιος, -αγένιος — Θεόδωρος, Θεογίτων, Κλέων.*

Non minus Thebis igitur quam Tanagrae | longe principatum obtinet. E numero exceptionum duae, ut voces non Boeoticae, censu prohibendae sunt; *Νεαπολίταν* dico et *Ἀρεοπαγῖτη*. Ceterae duas partes amplectuntur, nomina propria in

-έας et nomen *ῥεός*. Nomina in -έας quod a nominibus in *ίας* secernuntur non est cur miremur; *ῥεός* autem ad res sacras spectat, in quibus significandis veterem scripturam diutius retineri quam alibi iam saepe monui. Non igitur dubitandum est, quin mutatio vocalis *e* in *i*, quam quinto iam saeculo urbes Boeotiae intrasse certissimis argumentis demonstravimus, sub annum 400 perfecta sit.

Otto Hoffmann, cum eandem mutationem in oppidis quibusdam Thessaliae vigere animadverteret, initia eius affectionis e priscis illis temporibus repetivit, quorum memoriam Thucydidis aetate nondum deletam esse supra (in § 15) perspeximus (De mixt. Graec. linguae dial. 9); quam opinionem postea contra Solmsenium sollerter defendit (Griech. Dial. 2. 385). Sed si sonus *e* iam eis saeculis, cum Boeoti in parte Thessaliae meridionali sedes haberent, in *i* abire coepisset, fieri potuisse nego ut eidem Boeoti saeculo quinto haesitarent, qua littera vocalis *e* progeniem scriberent. Accedit quod sonus *ɸ* intra vocales positus a Boeotis saeculo sexto retinebatur; si quis igitur sonum *i* formae *ἴωνθι* (ex *εσῶνθι* profectae) aetate Cadmeia, ut cum Thucyde loquar, ortum esse velit, is in nomine *κλεως* nonnullis saeculis postea semivocali *ɸ* elapsa eandem mutationem iterum factam esse cogitur statuere. Quibus de causis dialectos hac in re non nisi casu congruere pro certo habeo.

#### § 76. De *o* post vocales in *u* mutato.

Guilelmus Schulze in Quaest. epic. pag. 45 adn. 5 scripsit haec: „Diphthongi *eo* partem alteram prope accedere ad vocalis *u* similitudinem in dialectis ion. aeol. dor. constat; idem valere de boeotico *io*, sive *i* nativum sit sive ex *e* corruptum, adnotat Meister I 234“. Qua in re virum doctissimum recte iudicasse cognosces ex exemplis quae ante oculos ponam; sunt eadem fere, ad quae ipse provocavit Schulze:

- Θιοντίμν* 3193 2 (paulo post 220);
- Λιονσκορίδαν* 5313 (circ. ann. 250);
- Βιοντή* 1753 6 (post ann. 250);
- Λιονκλείς* 3352 2 (saec. alterius).

Hoc loco scripturae eius vocis lumen accipiunt, quam Attici *νομηγία* pronuntiaverunt.

Vetustissima forma in nomine viri *Νομηίνιος* servata est, cuius titulus Thespiensis 1888 e 9 anno 424 conscriptus mentionem facit. *Νομηίνιος* in *Νιομηίνιος* abiit; habes *Νιομηίνιος* in titulis 2718 6 et 3081 1, quorum ille post medium saeculum tertium, hic saeculo altero incisus est. Sed scriptura *Νιο-* non sola est, quae in titulis eius aetatis comparet; scripserunt Boeoti et *Νιου-* et *Νιυ-* et *Νυ-* et *Νο-* et *Νευ-*:

- a) *νιομεινίη* 3172 141 (intra ann. 222 et 200); *Νιομηίνιος* 2814 9, 2823 15, 2830 7 (eiusdem fere aetatis); *Νιομῶν*, *Νιομῶς* 3204 10. 13 (aet. inc.). Accedunt *Νιομηη-*, *Νιομηηίς*, *Νιομηήνιος* titulorum Tanagraeorum 1263—1265, quae nomina Boeotica et volgaria miscent.
- b) *Νιυμεινίος Πολιονξένω* 3179 24 (intra ann. 222 et 200).
- c) *Νυμεινίος* 2428 9 (paulo ante 250), 2420 16 (sub finem saec. III).<sup>1)</sup>
- d) *Νομεινίω* 1752 20 (sub finem saec. III).
- e) *νευμεινίη* 517 1, 524 1 (sub fin. saec. III); *Νευμεινίος* 1236, REG 12. 74 66 (sub fin. saec. III).

Cum OY scriptura idem valeret quod Y, scripturas quoque IOY et IY idem valere manifestum est. Iam quod *Νιου-* in *Νιομηίνιος* scriptura non distabat a NIOY in *Νιομηρόδωρος*, Atticorum *νόμφη* autem Boeotis eius aetatis et *νιούμφα* et *νόμφα* et *νόμφα* scribere licebat, quidnam scripturae *Νυμεινίος*, *Νομηίνιος* sibi velint, dubium esse non potest. Exempla scripturae *νευ-* ad unum omnia Tanagrae inventa sunt. Qua ex re non concludendum est Tanagraeos sonum *e* vocis *νομηγία* diutius ceteris retinuisse sed potius ut in nomine certi factorum diei diutius scribere perrexisset.

Ut litterae soni *υ*, ita OI quoque pro O scribitur. Vidimus Boeotos medio saeculo tertio Y pro OI scribere incepisse. Cum litterae Y et O eadem aetate inter se mutarentur, non mirabile

1) E *Νυμεινίος* ortum est *Νύμων* 2995, nisi statuere licet lapidem esse praefractum.

est, quod pro ea quoque littera  $\gamma$ , cui  $o$  sonus respondet,  $O$  scriptum est. Quare de forma

*Διοίδοτος Διοιδότω* 2810 6,

quam titulus Hyettius medio saeculo tertio exaratus praebet, ita iudicabimus: *Διοίδοτος* nisi scriptura non differt a

*Διδότος* 2826 12

in titulo eiusdem aetatis ipso quoque Hyetti inciso. Pro *Δι-* in *Διδότος* scripturam *Διου-* reperimus in *Διονκλις*; cum hoc *Δι-* conferendum esse *Νι-* in *Νιμείνιος* nemo est quin intellegat.

Dixerit quis, sola litteratura, non pronuntiatione sonum  $o$  post  $\iota$  ( $\epsilon$ ) parem factum esse sono  $u$ . Neque vero separari potest origo signorum soni  $u$  illorum ab ea mutatione, quam post  $\alpha$  quoque perpessum est  $o$ . Elucet ex eis nominibus propriis, quorum prior pars vocabulum *σάφος* est. Illic tam constanter *av* habes, ut non modo orthographice, verum etiam sono  $o$  post vocales in  $u$  mutato nasci debuerit:

*Σανγένεις* 585 IV 4, Tanagrae;

*Σανκλίαι* 3193 8, Orchomeni;

*Σανκράτεις* et *Σαντέλεις* 1888 c 8, e 4, Thespiis;

*Σαύμειλος* 3068 12, Lebadeae.

Hoc *Σαν-* cum Arcadum *Σᾶ-* (*Σαλλέος*, *Σαστράτου* Coll. 1230 7, 1248 11) coniungendum esse in propatulo est: Arcades ergo contraxerunt, non contraxerunt Boeoti. In fine vocabulorum Boeoti  $o$  retinuerunt, Arcades Cypriique in  $u$  verterunt: genitivis Boeotorum terminationis *-ao* horum genitivi in *-av* respondent.

Ut post  $\iota$  et  $\alpha$ , ita  $o$  post  $v$  mutatum est in  $u$ . Argumento est, quod numerale *δύο* apud Boeotos exstitit *διου*. Contraxerunt igitur sonum, quem scribunt *ιου*, cum  $o$  secuto in  $\bar{u}$ ; id quod facere non poterant, nisi  $o$  proxime ad  $u$  accessisset. Exempla occurrunt in titulo 3193:

*Είκατι διου* (scilicet *δραχμή*), *πένταρες ὀβολοί* v. 1; *διου ὀβολοί* v. 4 et 5.

In titulo Nicaretæ, qui eiusdem aetatis est, *διού(ο)* a Dittenbergero restitutum est (3172 164); lapicida in fine vocis  $N$  incidit, quod sensu caret.

## § 77. De vocalium contractione.

Vocales olim consonis diremptae a Boeotis aut contrahuntur aut non contrahuntur. Qua de re disputationem ita instituum, ut consonam eam quae olim aderat, nunc abest, respiciam.

a) *De consona deleta non plane constat:*

Gen. sg. stirpium masc. in  $\bar{\alpha}$ :  $\alpha\omicron$ , usque ad medium saeculum tertium non contractum. Formas contractione insignes *Εὐρέα* et *Σωκλείδα* iam supra enumeravi (§ 22); tituli 2420 et 2787, quibus praebentur, alteri saeculi tertii dimidio assignandi sunt.

Gen. sg. stirpium in  $o$ :  $\omega$  ex  $oo$  eo, quod Homero hic illic reddendum est.

b) *Semivocalis j evanuit:*

Exempla verbo contracto praebentur.

$\alpha + o = \omega$ : *σουλώνθω, σουλώντες* saepe, ex. gr. 3199 13. 12; *νικώντεσσι* 2410 6; *ἐνίκωσαν* 3195 4.

$\epsilon + \epsilon = \epsilon\iota$ : *σουλῆμεν* BCH 19. 157 Π 7, *ποιῆμεν* REG 12. 69 8; *χρειῆσθῃ* (ex *χρηφέισθαι*) 3169 8; *δειμένοις* 2858 3 (vide § 16).

$\epsilon + \eta = \epsilon\iota$ : *ἀντιποιῆτη* 3080 4 (antecedit  $\eta$  κα).

$\epsilon + \epsilon\iota = \epsilon\iota$ : *δοκεῖ* 1875.

$\epsilon + \eta\iota = \epsilon\iota$ : \**ἀδικεῖ, ἀδικῖ* 3081 5 (antecedit  $\eta$  κα).

$o + o = \omega$ : *δαμιώνθω* 3198 6; *καθιαρωμένων* BCH 19. 380 4.

c) *s sibilus (vel potius h spiritus) periit:*

$\alpha + \iota$ : *Καραϊόγειτος* 1757 10, *Καράιχος* 3068 8, *Καράϊώνιος* 3175 20.<sup>1)</sup>

$\alpha + \omega$ : non contractum in genetivis pluralis stirpium in  $\alpha$ , articuli genetivo excepto (vide § 22 versus finem).

$\epsilon + \epsilon = \epsilon\iota$ : *Θειμνάστω*<sup>2)</sup> 1750 16.

$\epsilon + \eta\iota = \epsilon\iota$ : *εἶ* (sit) 1780 16 (EIH Schillbachii apographum; fuitne IEI in lapide?).

1) *καράιο*- ex *καρασιο*-, cf. *κάρα* hymn. in Cer. 12 et quae Ioannes Schmidt, Pluralb. d. idg. Neutr. 365 exposuit. *Καράιο*-, non *Καραιο*- eadem de causa scribendum qua *πάις* simm., vide sub numero d).

2) In Fickii et Bechtelii opere (143) errore omissum. *Θεε*- ut *Ξενε*- in *Ξένετος*.

$\varepsilon + \iota = \epsilon\iota$ : Ἀμφάλλει, Ἀντιγενίδας, Θιαγένια; vide quae § 70 exposui. Hoc loco addo Πεδαγένι 1737 12, Πραξιτέλι 3089 1.

Hic ad tempus subsistamus. Ac primum quidem neminem fugiet *e* longum ex duobus *e* brevibus conflatum Boeotice cum vetere  $\bar{\epsilon}$  confluisse, neque minus *o* longum duorum *o* brevium coniunctione exortum a vetere  $\bar{o}$  discerni non potuisse. Deinde addamus, quod iuxta coniunctivos ἀδικῆ et εἶ(?) coniunctivi δοκίει et ἴει comparent. Alterum habes Tanagrae: REG 12 71 14 ἡ δὲ κά τινος τόπος ἦ (sic) Φυκία χρήσιμος (sic) ἴει. Prior in titulo Orchomenio 3169 exstat, ubi [εἶ κα] δοκίει κάλλιστο[ν εἶμεν] retinere quam cum Dittenbergero δοκῆ ἐν κάλλιστο[ι εἶμεν] corrigere maluerim. Dubium non est, quin ἴει et δοκίει recentiore aetate quam εἶ et δοκῆ facta sint, et ita quidem, ut e formis ἴω, ἴωνθι simm. vocalis *i* restitueretur. Locros quoque et Delphos eiusmodi coniunctivis usos esse constat: δοκέη in lege de colonis Naupactum mittendis (IGS III nr. 334 39), ἀδικέη Coll. 2088 23 leguntur.

d) *F semivocalis extincta est:*

$\alpha + \alpha = \alpha$ : ἀναλώσανθι BCH 21. 554 10.

$\alpha + \epsilon\iota = \alpha\acute{\iota}$ : ἀίδοντος 3210 4, 3211 3.

$\alpha + \iota$ : vocales non contrahuntur; vide infra.

$\bar{\alpha} + o$  aut  $\omega$ : vocales non contrahuntur.

Exempla:

Ἀγλαοδώρω 2719 6, Ἀγλαοφαῖδαο 3211;

Σαν- pro Σαο- vide § 76; Πολυσάοντος 2435 19;

Σάων saepe, Σάωσις 2064 cett. Sed Σωσι- in priore nominis parte: cf. Σαωσίας Σωσιπόλιος BCH 21. 555 22.

Καλλιφάων 1888 c2, Λαμοφάοντος 2115, Εἰθρουφάοντα 4177 2.

$\bar{\alpha} + o$  aut  $\omega$ : vocales non contrahuntur nisi in ᾄς et Ἀᾠ- (§ 22).

Exempla:

Ποτειδάονος Ἐφ. 1899. 64, Ποτειδάονι 2465; Ἀνκάωνι 685.

- $\epsilon + \epsilon = \epsilon\epsilon^1$ ,  $\epsilon\iota$ ,  $\iota$ : *Κλεοθένεια* 1928 (litt. dom.), *Κλεοθένης* 1747 2 (ante 250); *Κλειτίδας* 1780 27; *Διοκλῆος* 4128 2 (priori parte saec. alt.).
- $\epsilon + \iota = \epsilon\iota$ ,  $\iota$ : *Κλείεργος* (ex *ΚλεΐΨεργος* profectum) 1875 (saec. V); *Ολίδα* 4124, hypocoristicum nominis *Κλῆδαμος* 2435 21.
- $\epsilon + \bar{\epsilon} = \epsilon\bar{\iota}$ : *Κλεινέλας* 1929 (litt. dom.; *κλεινός* ex *klevesnos* ortum). De *-κλίεις* vide infra.
- $\eta + \iota = \epsilon\iota\bar{\iota}$ ,  $\epsilon\iota$ : *μαντειῖαν*<sup>2)</sup> 3207 2, 4157 2; *Βασιλεῖι* 3083 8; *Δορκείδη* 3193 9.
- $\iota + \iota = \bar{\iota}$ : *Δί* 2456. 2733 (saec. V). *Δί* in titulis recentiore aetate compositis scriptum: 3206 3 (ann. 329), 1814 (post ann. 250), 3169 4 (sub finem saec. III), 3090.
- $\alpha\iota + \epsilon\iota = \eta\bar{\iota}$ : *ἦτ* (ex *αἶΨει*) 3081 6, BCH 19. 157 Π 6. Obloquitur *ἀτ* in titulis ex parte pervetustis: *Ἀίμναστίδας* 3604 (saec. V), *Ἀίμνάστα* 748, *Ἀίμνώ* 555, *Ἀἴμμεις*<sup>3)</sup> BCH 23. 194 I 17, *Ἀικλίδας* 2430 14, *τοῖς ἀτ̄ δειμένοις* 2858 3. Neque ex *αἰνει* neque ex *αἰνι* (Lesb. *αἴι*, *ἄι*) Boeotorum *ἀτ̄* proficisci potuit; difficultatem non expedit.

Restat, ut ostendam Boeotos ex *αἰνι* cum hiatu *αἴ* fecisse; quo demonstrato dubitari iam non poterit, quin recte *ἀίδοντος* scripserimus. Postremo de nominibus propriis disputabo, quibus *κλέφος* subest.

Boeotos *παῖς*, non *παῖς* pronuntiasse, ex eo sequitur, quod *αἰνι* vetus numquam in monophthongum *η* abiit, et quod in titulo aetatis iam satis recentis ΠΑΕΙΛΛΥ (709) incisum est.<sup>4)</sup> In hisce igitur vocibus *αἰ* dihaeresi pronuntiatum esse apparet:

1) Thespiis τ E scriptum in *Κλειγένεις* 1888 ε 1, ubi Dittenberger non recte *Κλειγένεις*.

2) Recte ad *μαντήιον* (Coll. 1558<sub>1</sub>) provocat Meister 1. 224.

3) Ita restituit Bechtel; in apographo litterae primae vestigium exile comparet. Non est, cur van Gelderum (Mnem. 1901. 293) secutus *Ἀίμ(ν)εις* scribas.

4) *παῖς* tituli Mytilenaei Ins. II nr. 304 nemini in mentem non venit. Cf. quae Schulze CGA 1897. 896 affert.



*παῖς, παῖλλος* ex. gr. 690 — 702; 704 — 708. *παῖλλος* habes 703; qua scriptura discimus inter *α* et *ι* sonum *j* intercessisse.

*Σαῖστρούτιος* 538 16.

*Ἀγλαοφαῖδαο* 3211 1.

*Ἐρμάϊος, Ἐρμάϊχος, Ἐρμαῶν* saepe; cf. *Ἐρμάου, Ἐρμαίου* Thessalorum.<sup>1)</sup>

*Ποτιδαῖχος* 2820 2.

*α* longum hic habes:

-*λαῖος, -λαῖδας;*

*Δαῖκράτιος* 2420 31, *Δαῖμαχίδας* 882, *Δαῖμμεν* 558;

cf. *Δεικράτης, Δηῖμαχος* Fick-Bechtel 93.

Quod Boeoti *ι* vetus digammo elapso cum *α*, quod praecedebat, non contraxerunt, fieri non potuit, ut *ι* ex *ει* ortum cum *α* in diphthongum conflarent. Itaque viri docti recte *αῖδοντες* postulaverunt.

Nunc de vocis *κλέφος* vicissitudinibus mihi est exponendum.

Quaeritur de formis *κλεφε-*, *κλεφι-*, quas nominum priorum priorem partem tenere videmus, et de nominativo in *-κλέφης*.

Elementum *κλέφε-* in *Κλεφεθοῖνιος* 2252 deprehenditur. Ad *κλεφε-* proxime accedit *κλεε-*, quod in *Κλεεσθένεια* 1928, *Κλεεσθένης* 1747 2 invenitur. Ab hoc *κλεε-* non nisi scriptura discrepat *κλεε-* in *Κλεεγένεις* tituli notissimi 1888 *i* et ipsius Thespiensis. Sed in eorundem Thespiensium finibus inventi sunt tituli [*Κ*]λεπτόλεμ[ος] 1930, *Κλεσθω* 4241 (titulus litteris minusculis redditus), quorum *E* nullo modo seiungi potest ab eo, quod in nomine mulieris Thebanæ *Κλειμείλα* 3638 (*E* in utraque parte) occurrit. Contraxerunt igitur Thespienses non minus quam Thebani saeculo quinto sonum illum, qui inter *ι* et *e* intercedebat, cum *e* insequenti. Quodsi in titulo 1747, qui ante annum 250 incisus est, *Κλεεσθένης* scriptum videmus, id ita expedire licet, ut scripturam et pronuntiationem non inter se

1) Inter Thessalorum *Ἐρμανος* et *Ἐρματος* (id est *Ἐρμαφος*) cum eadem ratio intercedat, quæ inter *Κλεθας* et *Κλέφας* (id quod Hoffmann, Griech. Dial. 2. 587 non perspexit), sequitur, ut in hypocoristicis *Ἐρμαφος, Ποτίθαφος*, a quibus hominum nomina descenderunt, *α* correptum esse credendum sit.

consentire statuamus.<sup>1)</sup> Ex hoc κλει - altera saeculi tertii parte κλι - profectum esse, id propterea veri simile est, quod ea aetate scripturae παρίς iuxta παρεῖς, Παμπιρίχω iuxta Παμπιρίχω inveniuntur (§ 65. 66). Unde sequitur ut qui Κλιμαχίδας, Κλίμναστος nomina, quae in titulo 3179 intra annos 222 et 200 inciso comparent, ad elementum κλεφε - referre maluerit quam ad κλεφι -, is refelli non possit.

Elementum κλέφι - primus Guil. Schulze (Quaest. epic. 41 adn. 3) nomini Κλείεργος 1875 (saec. V) subesse perspexit. Quod κλεφι - admodum mature in κλι - abiisse certissimum est: iuxta ansam cylicis nigrae pictura carentis inscriptum est Φλίδα 4124. Κλι - igitur, quod in nominibus Κλιδαμίδας 2427 4 (ante 350), Κλίμειλος 2435 21, Κλισθένης 2809 3 (post annum 250), Κλιμαχίδας, Κλίμναστος 3179 14.12 (vide supra) exstat, ex eodem κλεφι - repetere licet. Sed quoniam vergente saeculo tertio κλεφε - cum κλεφι - in κλι confluit, de eorum nominum, quae ante eam aetatem non occurrunt, origine iudicari nequit.

Nominativi formae sunt -κλέεις, -κλίεις, -κλείς, quarum -κλέεις et -κλίεις scriptura tantum differre pro certo habeo. -κλέεις habes in titulo illo Tanagraeo, quem Röhl anno 426 tribuit: Ἀμινολέεις, Φισοκλέεις 585 III 8, IV 10. -κλίεις ex Thespiarum († scriptum), Lebadaeae, Orchomeni titulis innotuit: Ἀρξικλίεις, Πολυκλίεις, Προκλίεις 1888 a 5, b 2, f 7 (ann. 424); Προκλίεις 1943; Προκλίεις 3117; -νοκλίεις 3238. In titulis litteratura Ionica scriptis -κλίεις non reperitur; unde efficitur circa annum 400 eos nominativos usurpari desitos esse. Terminationis mutatae exempla, quae novi antiquissima, duobus titulis Thespiensibus praebentur -μείνοκλες 1747 9, --κλες BCH 21. 552 1. Nihil impedit, quo minus ει ex † et ει conflatum esse arbitremur.<sup>2)</sup> Certum enim est sonum intermedium, quem nota Thespiensi significavi, propius ad ει accessisse quam ad η ex αι perfectum; quodsi Thisbenses ex Κλήγετος teste lapide 3574 Κλήγετος fecerunt, quidni omnes Boeoti Προκλείς ex Προκλίεις?

1) Forma contracta Κλιε scripta est in titulo Thespiensi BCH 19. 375, quem priori parti saec. III attribuerim: Ἐπικύδης (sic) Κλεσθένης.

2) Itidem iudicare Solmsenium (KZ 32. 549) inveni, postquam scripsi, quae modo legisti.

Declinatio *Προκλεῖς*, *Προκλεῖος* igitur inde a saeculo quarto pervicit. Ea non mutatur nisi quod *ει* genetivi in *ι* abiit: *Διοκλῆος* 4128 2 (priore saec. II parte), *Δαμοκλῆος*, *Ἐπικλῆος* BCH 23. 92 10. 1 (eiusdem aetatis), *Καλλικλῆος* 3365 2 (saec. II).

Pauca de adiectivis patronymicis addenda sunt.

A stirpe *kleves-* descendit *klevesios*, quod apud Boeotos *κλειῖος* evasurum esse exspectamus. Neque spes nos fefellit: patronymica in *-κλειῖος* non raro in titulis inveniuntur. Qua in re gravissimi momenti mihi videtur, quod in titulo Orchomenio 3180 genetivus adiectivi patronymici *Φιλοκλειῖω* a genitivis *Ἰαροκλειῖος*, *Εὐθουμοκλειῖος*, *Ἀριστοκλειῖος* distinguitur. Ex patronymicis duplicem litteram in genetivos irrepsisse iam ante monui (§ 75); hoc loco igitur satis habeo e titulo Copaeensi 2786 genitivum *Μνασικλειῖος* (v. 4. 5) adscripsisse.

#### § 78. De sono *F* deleto.

In capite vocabulorum Boeoti sub finem saeculi tertii litteram *F* hic illic omiserunt. Titulo Thespiensi 1739, quem Dittenberger parti saeculi tertii posteriori attribuit, bis *ἕκαστος* praebet. Aetate suppar est is, quem Colin BCH 21. 554 sqq. publici iuris fecit: in hoc *Ἐργοφίλω* (v. 16) iuxta *Θεοφέργω* (v. 33. 37) deprehenditur. Eodem tempore Orchomenii *F* modo scribunt, modo neglegunt: in titulo 3171 occurrunt *Φελατῆ*, *Φέτια*, *Φίκατι*, ex altera parte, ut *ὀφείλετη*, *ὀφείλετω* omittam, *ἕκαστον* et *ἕκαστας*. Unde colligendum est in sermone cottidiano Boeotorum semivocalem *v* priore fere saeculi tertii dimidio evanescere coepisse.

Quae cum ita sint, nemo non mirabitur quod in cantharo quodam Thespiis reperto litteris domesticis *Κλειέργος* incisum exstat (1875). Voluitne is, qui titulum inscripsit, non *ι*, sed *ε* scribere? Difficultatem non expedio.

Semivocalis media in voce sita circ. annum 450 plane perierat. Nam in titulis illis Tanagraeis et Thespiensibus, quos ann. 426 et 424 exaratos esse veri est simillimum, huius digammi ne vestigium quidem emergit: 585 *Ἀμινοκλέεις* III 8, *Φισοκλέεις* IV 10, *Καφισοφάων* IV 8, *Δαμόξενος* IV 6, 1888 *Ἀρξικλέεις* a 5, *Πολυκλέεις* b 2, *Προκλέεις* f 7, *Κλειγένεις* i 1,

*Καλλιφάων* c 2, *Φάων* d 10, *Σάων* c 7, *Κρινόλαος* d 7, *Φιλόλαος* e 7, *Καλλιροῦδας* e 5, *Λιδόωρος* e 6, *Νεομείνιος* e 9, *Πρόθους* g 4 cett.

Digamma post nasales et liquidas a Boeotis ita extinctum esse, ut soni vestigium non relinqueretur, versus finem § 21 exposui.

§ 79. De sono *b* in *θ* mutato.

Vox *ξβδομος* Orchomeni et Thespiis *εβδομος* evasit. Formam *εβδομον* tituli Orchomenii 3170, cui omnes fere viri docti fidem abrogaverunt, a Meistero (Coll. nr. 491 17) iure meritoque defensam esse titulo Thespiensi a Colinio BCH 21. 554 sq. edito docemur, cuius versu 23 alterum formae *εβδομον* exemplum praebetur. De ratione, qua *ξβδομος* in *εβδομος* mutatum est, Meister ita statuit, ut inter mediam *β* et vocalem *υ* sonum *θ* intercessisse suspicaretur (Dial. 1. 262); qua in re viro docto calculum adicere non dubito.

Titulus Thespiensis quem modo laudavi dimidio saeculi tertii altero exaratus est. Iam cum lapis Orchomenius 3193 eadem aetate inscriptus sit, dubitari licet, utrum forma *ξβδομείκοντα*, quae in versibus 3 et 8 occurrit, e vetere sermone resederit an e lingua vulgari deprompta et fucō Boeotico induta sit.

§ 80. De consonarum assimilatione et dissimilatione.

a) *Assimilationis exempla.*

Consona tenuis, quae syllabam priorem incipit, in aspiratam mutari potest, si proximae principium est aspirata:

*Φάρφων* 3584. 3679. 3680 (litt. dom.);

*Φίδων* 665. 1951. 3682 (litt. dom.) et *Φιδάδας* Röm. Mittheil. 12. 105 (litt. dom.).<sup>1)</sup>

b) *Dissimilationis exempla.*

1. Nummi Haliartii qui CGC 49 sqq. enumerantur, titulis signati sunt *ΑΡΙ* aut *ΑΡΙΑΡΤΙΟΣ*. In lapidibus eadem forma exstat:

1) De artificis nomine verba fecit Solmsen in Mus. Rhen. 53. 137 sqq. Formam *επολφεισε*, quam titulus praebet, in § 36 b) me omisisse doleo.

Haliarti Ἀριαρτίων 2848 5;

Acraephiae Ἀριαρτίω 2724 b 2 (intra 312 et 304), Ἀριάρτιοι  
4143 7, Ἀριάρτιον BCH 23. 94 nr. IV 2;

Thespiis Ἀριαρτίω 1795 5 (ante 250).

Sed in titulo 2724, qui ad tit. 2724 b aetatem proxime accedit, Ἀλιαρτίω scriptum invenis. Quod dissimilatione ortum esse manifestum est. Utrum Boeoti post litteraturam Ionicam receptam in fronte vocis *h* addiderint an veterem pronuntiationem retinuerint, nescimus. Nam codicum scripturis de Boeotorum sermone nihil demonstratur.

2. Pro στροτός Boeotos nonnumquam dixisse σροτός ex titulo 1086 elucet, in quo

Σρο(υλ)ίς, Σροτονίκα

incisum est. Cave litteram τ inseras: exemplis enim satis multis congestis ostendit Gu. Schulze (GGA 1896. 247) prius τ non errore lapicidae sed consulto deesse.

3. Boeoti ἐσκήδεκα formam usurpaverunt: invenis

ἐσκηδεκάτη 517 2, 522 3,

ἐσκηδέκατον BCH 21. 556 37.

Quam ex ἐξκαίδεκα dissimilatione mutatam esse sponte intellegis. Sed admodum verisimile est eam dissimilationem prius factam esse quam Boeoti ex priscis sedibus in Boeotiam migrarunt.

§ 81. De nasali ante tenuem duplicem expulsa.

Vocem ἔππασις e forma vetere ἔμ-ππασις repetivimus in § 38; ibidem ἔττε eadem ratione ex ἔν-ττε fluxisse suspicati sumus.

Restat ut de eis sonorum mutationibus disseram, quae in syllabis accentu nudis efficiuntur.

§ 82. De vocalium assimilatione.

Vocales accentu destituti ad vocales syllabarum vicinarum assimilari primus Ioannes Schmidt demonstravit (KZ 32. 321 sqq.). Quae assimilatio a Boeotorum sermone aliena non fuit.

a) ἀνασι- ex ἀνασι-<sup>1)</sup> mutatum in Ἀνασιφόρον 3242, Ἀνασιώνιος 3175 14 (circ. 290 a. Chr.), Ἀνασιάδα BCH 18. 534 nr. 4 exstat.

b) In nummis Orchomeni urbis intra annos 338 — 315 percussis OPX comparet; in eis, qui usque ad annum 384 signati sunt, EP aut EPXO legitur; inde ab anno 146 EPXO invenimus (CGC p. 56). Non igitur dubitandum est, quin vetus urbis nomen Ἐρχομενός<sup>2)</sup> fuerit. In titulis incolae et Ἐρχομενιοι et Ὀρχομενιοι vocantur. In eis, qui in urbe ipsa incisi sunt, usque ad finem saeculi tertii Ἐρχομενιοι scriptum est: 3166 5, 3167 3, 3168 6, 3171 saepe, 3172 saepe, 3174 2, 3175 1, 3178 2, 3179 1, 3180 4, 3185 2, 3207 6; postea Ὀρχομενιος habemus: 3223. Acraephae et Coroneae forma Ὀρχομενιοι saeculo iam tertio et quarto adhibita est. Acraephienses Ἐρχομενιος scripserunt in titulis 2723 2, 2724 a 6, 2724 b 5, qui sub finem saeculi quarti aut initio saeculi tertii compositi sunt; sed Ὀρχομενιος in titulo 2724 c 7, quem alteri dimidio saeculi tertii tribuerim. Coronensium sunt plebiscita 2859. 2860, in quibus Ὀρχομενιος exstat; quorum alterum intra annos 312 — 304 videtur incisum esse. Contra Ἐρχομενιος Plataeensibus placuit in tit. 1673 aetate suppari Orchomenio 3207. Ex ea re, quod in tituli 3172 ea parte, quae lingua Attica composita est, Ὀρχομενιους, in ceteris Ἐρχομενιους, Ἐρχομενίω scriptum est, Ioannes Schmidt collegit assimilationem non in urbe ipsa, sed in Attica factam esse (340). Mihi nihil effici videtur nisi Atticos saeculo tertio vergente formae Ὀρχομενός fuisse.

c) Τροφώνιος heros, quem cum τρέφω coniunxit Rohde<sup>3)</sup>, in titulis inde a saeculo quarto conscriptis 3055. 3080. 3081. 3083. 3086. 3087. 3090. 4136 semper Τροφώνιος, in titulis 3077. 3098. 3426 imperatorum aetate incisis Τροφώνιος vocatur.<sup>4)</sup>

1) In titulo Tithorensi IGS III nr. 194 nomen eiusdem mulieris Ὀνασιφόρον et Ἀνασιφόρον scriptum est.

2) De veriloquio nuper (Bezz. Beitr. 23. 189) Augustus Fick ingeniose ut solet disputavit.

3) Psyche 193.

4) Pocockii apographo tituli 3055 Τροφωνίω praebetur (v. 13). Sed hoc apographum erroribus scatet.

In nomine sacro vocalis mutationem recentiore demum aetate factam esse non est cur mireris.

§ 83. De praepositionum quarundarum in proclisi mutationibus.

Praepositiones ubicumque accentu carebant, sermone cottidiano varias mutationes subibant, quas Ioannes Schmidt in commentatione post mortem praematuram publici iuris facta (KZ 38. 5 sqq.) detexit. Iam ipse, quantum nos attinet, de hac re disseram.

1. Praepositio *ἐξ* apud Boeotos formae *ἐς* cessit, quae ante vocales retinetur, ante consonas in *ἐς* abiit. Quod *ἐς* e forma *ἐξ* factum esse assimilatione, cui nusquam nisi in proclisi locus sit, optime ita demonstravit Schmidtius, ut formas e praepositione *ἐξ* et nomine numerali *ἕξ* profectas inter se componeret. Veteris formae *ἐξ* unum tantum exemplum aetatem tulit: *Βοιώτιος ἐς Ἐρχομ[ενῶ]* Coll. 1130.

*ἐς* habes in *ἐσσεῖμεν* 2228 7 al.; *ἐσσεγράφεν* 2389 2, 2390 3; *διεσσεῖλθεικε* BCH 21. 554 2; *ἐς ἐφήβων* 2716 4 al.; *ἐς ἀρχᾶς* 1739 10; *ἐς Ὀπόεντος* 4136 1.

*ἐς* invenitur persaepe in *ἔσγονοι* (ex. gr. 504 3); *ἐσγράψι* 1739 11; *ἐσλιανάτω* 3172 73; *ἐς τὰς προρρεῖσιος* BCH 21. 554 7; *ἐς τῶν καθιαρωμένων* BCH 19. 380 4; *ἐς Φαλάνας* 2858 3.

2. Praepositiones bisyllabae *ἐπὶ*, *ποτὶ*, *ἀνὰ*, *κατὰ*, *παρὰ* vocali in fine posita privantur. Quo facto consona *τ* gutturali insequenti assimilatur. Praepositio *κατὰ* cum articulo coniuncta syllabam alteram plane amittit.

Praepositionis *ἐπὶ* decurtatae duo exempla exstant:

*ἐπΠυλαρέτος* 601; *ἐπΠασ*-- 604.

Vocalis igitur inter consonas eiusdem generis posita opprimitur. In ceteris titulis *ἐπὶ* scriptum est: *ἐπὶ Πολυαράτος εἰμί* 599, *ἐπὶ Πολυμιάδαι* 602; quam scripturam minus quam illam cum sermone cottidiano convenire censeo.

Multo crebrius *ποτὶ* mutilatum comparet. Habes:

*ποτιτὸν δάμον* 2223 3, 2224 3, REG 12. 69 3; *ποτιτὸν κατασικεῶν*, *ποτιτῶς κατόπτας* ib. 15. 23. 32; *ποτιτῆ οὐπαρχώση* 3172 149 cett.

*ποταξάντων* 1737 11;  
*ποδλάφνη* 518 5.

Vides ea exempla eadem lege coerceri qua *ἐπιΠυλαρέτος*, *ἐπιΠαι*--: vocalis quae praepositionem terminat, non praetermittitur nisi inter consonas generis eiusdem. Cui legi obloquitur *ποκατόπτας* BCH 21. 554 10. Quodsi in titulis Orchomeniis 3171. 3172, qui sub finem saec. III incisus sunt, *ποτιδεδόμενον* (3171 36), *ποτι δάμον* 3172 112. 144), scribitur, id magis orationi politae quam sermoni cottidiano tribuerim.

*Κατὰ* praepositio α finalis iacturam facit ante dentales:

*καττὸν νόμον* persaepe invenitur, e. gr. 3301 5. Eodem modo habes *καττὸν μαντείαν* 2724 d2, *καττῆς πόλιος* 3172 74sq., *καττὸ ψάφισμα* 3172 80, *καττῶν πολεμάρχων* 3172 159.

Duplex dentalis in simplicem versa est:

*καταντά* 3172 132 (= *κατὰ τὰ αὐτά*), *κατὸ ψάφισμα* BCH 21. 554 13; *κατ|ὰν στάλαν* 1780 23 non in *κατ[τ]ὰν στάλαν* mutaverim, quamvis per spatium liceat, ac nescio an recte se habeat *κατὸν νόμον* in titulo 3321 5 ceteroquin prorsus volgari.

Dentalis ante gutturalem mutata est in *καγγῶγ*<sup>1)</sup> καὶ *κατθάλατταν* 2407 9 (circ. 366 a. Chr.).

Hic veteris pronuntiationis vestigia tenemus. Ad rationis grammaticae normam directa sunt *κατὰ γᾶν κῆ κατὰ θάλατταν*, quod sexcenties in decretis honorariis legis, et *καταδουλίθδεσθη*, quod verbum in manumissionibus tritissimum est.<sup>2)</sup>

Ex altera parte habes *καταβάς*, *καταβεβᾶων* 3055 8. 5, *κατάλυπον* 3171 17, *κατασκευάτη* 3169 9, *κατὰ μείνα* 3171 53; quae formae num in locum vetustiorum *καββάς* simm. successerint, nescimus.

Vocalis iacturam in praepositionibus *ἀνὰ*, *παρὰ* latius patuisse manifestum est, cum ante cuiusvis generis consonas factam esse animadvertamus.

1) ΚΑΠΠΑΕ Ροσοκκii apographum; corr. Böckh.

2) BCH 19. 157 II 5 *κατδουλίθδειτη* incisum est T et priore Δ supra versum additis. Non dubito quin mero lapicidae errori tribuendum sit, quod non TA sed T supplevit.



*Ἄν* deprehenditur:

ante dentales: *ἀντίθειτι*, *ἀνθεσις* persaepe, *ἐπὶ ἀνθετα*

2420 7. 17. 33, *ἀνθέμεν* 4136 2; *Ἄνδωρεί[τιος]* 2427 21;

ante gutturales: *ἀγγράψη* 3172 130, REG 12. 70 28;

ante labiales: *ἀνοροά* 3172 150;

ante consonas coniunctas: *ἀστρέφετη* 2849 7, quod ex *ἀνστρέφεται* natum esse intellexit Dittenberger.

*ἀνάθεσις* aliaque e lingua vulgari irrepsisse vix est cur moneam.

*Παρ* deprehenditur:

ante *ρ*: *παρραπτῶς πορφύρας* 2421 7;

ante dentales: *παρ τὰς πόλιος* 2410 12, *παρ Θιόφρεστον* 3172 127, *παρ Δωίλον* 3083 19;

ante gutturales: *παρκέλεινε* 2406 12, *παρκαταθείκαν* 2420 34, *παργενομένης* 3172 145;

ante labiales: *παρ Πουθίωνος* 2420 35, *παρπρόφρονον* 2421 5, *Φάρφων* 3584;

ante nasales: *παρμείναντα* 3083 10;

ante sibilum: *παρ Σώφιλον* 3171 19;

ante semivocalem *F*: *παρ Φιριάδαν* 3172 45.

E lingua vulgari *παρα-* in *παρμείνανσαν*, *παρραχεῖμα* 3303 3. 6, *παρὰ Ἐπίτιμον* 1780 12.

#### § 84. De aphaeresi quae creditur.

Paulus Kretschmer, cum contra Bechtelium disputaret, quattuor nominibus nitebatur, quibus vocales vocum initio a Boeotis hic illic omissas esse demonstrare sibi videbatur (KZ 36. 271 sqq.).

*Γαμείδεις* 1873, Kretschmer, Vaseninschr. 52 (litt. dom.);

*Γασίας* 2815 6;

*Λάσιππος* 3172 10;

*Πινίχης* 2152.

Quae demonstratio, si quid video, viro sagacissimo non bene successit.

*Γαμείδεις*, *Γάδωρος*, *Γάτιμος* nomina Bechtelio auctore *Διομήδης*, *Διδώρος*, *Διότιμος* nominibus respondent (Bezz.

Beitr. 23. 247). Quam opinionem non refutavit Kretschmer: nam quod contra dixit, vocem *μηδος* cum deae nomine coniunctam alibi non inveniri, cum dei nomine non nisi in *Διομήδης*, *Θεομήδης*, quid ea re effici velit, fateor me non assequi.<sup>1)</sup> Atque in eadem trutina ponendum est, quod non modo *Ἀγάδωρος*, *Ἀγάτιμος* nusquam inveniuntur, sed etiam *Ἀγάδωρος* Graecum omnino non est.

*Γασίαο* in manumissione Hyettia scriptum est. Cum in manumissionibus 2809. 2810. 2812. 2820 *Ἀγασίας* compareat illique tituli mendis minime careant, facere non possum, quin cum Dittenbergero restituum *Ἀγασίαο*.

Idem *Ἐλάσιππος*, qui 3172 10 praedis munere fungitur, in titulo 3178 5, ubi in polemarchorum numero recensetur, *Ἐλάσιππος* vocatur. In priore titulo nomini genetivus in *-αο* antecedit: facile igitur fieri poterat, ut lapicida post duas vocales tertiam omitteret.

Sequitur ut, qui aphaeresim a Boeotorum sermone non abhoruisse contendit, is in unius nominis *Πινίχης* auctoritate insistat necesse sit. Quod si quis vult, suo Marte faciat.

## B. DE DECLINATIONIBUS.

### § 85. De locativo in locum dativi sg. substituto.

Boeoti dativum veterem in *οἶ* et *αἶ* non retinuerunt, sed eius partes tam mature locativo expleverunt, ut tituli ne unum quidem dativi exemplum praebeant. Inde a litteratura Ionica recepta Boeoti *-οι* et *-η* scribunt, quae scribere pergunt, nisi quod postea *οι* diphthongus eis sonis cessit, quos *Υ* et *ΕΙ* exprimunt. Cum Boeoti diphthongos *εἶ* et *εἰ* non confuderint — indicativus *πράττι* et coniunctivus *πράττει* inter se oppositi sunt —, animum inducere non possum, ut *οι* et *αι* ex *ωι* et *αἶ* mutata esse credam; quamquam eos, qui hoc statuunt, stricto

1) Argumentum Kretschmeri alterum, quod ipse minoris momenti esse concessit, postea titulo quodam Thasiaco sublatum est, quo nomen *Γεωφάνης* praebetur (BCH 24. 269 nr. 9). Apparet *Γᾱ* - e *Γᾱο*- contractum esse ut *Ἀᾱ*- e *Ἀᾱο*-. Nomen *Γεωφάνης* eadem necessitudine cum *Διοφάνης* coniungi qua ex Bechtelii sententia *Γαμήδης* et *Διομήδης*, vix est quod moneam,

argumento refelli non posse facile patior. Sat habeo pauca exempla enumerare:

*τοῖ δάμοι* 24073 (circ. ann. 366); *τῷ δάμν* 5042 (sub fin. saec. III); *τεῖ Τρεφωνίει* 30802 (saec. II). *Φελατίη, τῆ πόλι* 317126. 28.

Hoffmann cum animadverteret in Epirotarum, Acarnanum, Aetolorum, Eleorum, Phocensium titulis *τοῖ, Φισνωῖ, αὐτοῖ* cett. scribi, substitutionem locativi pro dativo omnibus dialectis Transpindanis propriam esse contendit (De mixtis Graecae linguae dialectis 20). Sed Acarnanes et Phocenses saeculi quarti initio dativis, non locativis usos esse nunc certissimum est: in titulo Stratio IGS III nr. 442 proxenia decernitur *Ἀνσία τῷ Καλλία τῷ Μεγαρεῖ καὶ Ἀριστίωνι τῷ Ἀνσία καὶ Καλλίπ(π)ωι τῷ Ἀνσία*, et consentit lex Labyadarum (Coll. 2501), a qua locativi in *οι* alieni sunt. Corruit igitur consensus iste inter Boeotos eorumque affines, ubi primum ab aetate recenti ad remotiora tempora ascendis.

#### § 86. De declinatione nominum in *εύς*.

Nomina quae exitum habent -*εύς*, ita declinantur, ut omnino ea stirps, quae *e* productum praebet, pervicerit per totam flexionem. Idem habes apud Atticos, idem ex parte apud Lesbios et Thessalos. Sed cum Lesbii *e* productum a nominibus propriis arceant<sup>1)</sup> — id quod optime monuit Hoffmann, Griech. Dial. 2. 545 —, Boeoti sonum productum ad utrumque nominum genus extenderunt. Conferas velim haec exempla:

|          | Nomina appellativa.          | Nomina propria.              |
|----------|------------------------------|------------------------------|
| Sg. acc. | <i>ἱαρεῖα</i> 3392 4;        | <i>Ἀλεξανδρεῖα</i> 3166 4;   |
| gen.     | <i>γραμματεῖος</i> 3172 134; | <i>Ἀρηφιεῖος</i> 2724 c3;    |
| dat.     | <i>βασιλεῖι</i> 3083 8;      | <i>Φωκεῖι</i> 3171 16;       |
| Pl. nom. | <i>παραγωγεῖς</i> 2428 6.    | <i>Φιλιππεῖς</i> 2433 II 6;  |
| acc.     |                              | <i>Φωκείας</i> 3171 9;       |
| gen.     |                              | <i>Πλατηγεῖων</i> 1664 3;    |
| dat.     |                              | <i>Φιλετηρεῖεσσι</i> 1790 6. |

1) Eiusdem discriminis vestigia HomERICA detexit Ahrens (Kl. Schr. 194), apud Eleos demonstrare conatus est Bechtel (Bezz. Beitr. 25. 160 sq.).

Obloquuntur Ἐλατία 529 3, Θεοσπιέων 1722 3 et Θεοσπιέες 1796, quae facile expediri possunt. Θεοσπιέων enim cum ἀπειλθέοντες 1756 3 conferre eo magis licet quod eodem titulo Ἀλεξανδρεία et Κανωπειάς praebetur. Titulus 529 formis vulgaribus insignis est: Προστατηρίω, Σωσιμράτης, Εὐμήλω. Titulus 1796 saeculum alterum non superat.

§ 87. De femininorum in *ῶι* declinatione.

Stirpes quae in *οι* cadunt, Boeotice sic declinantur:

- Sg. acc. Παναριῶν 2473 3;  
 Νιουμῶν 3204 10 (sub ann. 200);  
 Ἀσπλαπῶν 3351 4, Νικῶν 3388 4 (saec. II).  
 gen. Νιουμῶς 3204 13;  
 Καλλιστῶς 2694. Ἀπολλῶς 3386 19 (saec. II);  
 dat. Κλιῶι 3199 13 (saec. III);  
 Φιλλῶι 3081 3 (saec. II);  
 Εἰσῶ 1609.

Dativi in *-ῶι* analogiae debentur, genetivi *-ῶς* ex *-ός* contractum habent. Accusativos in *-ῶν* ut formas praeae vetustatis defendit Ioann. Schmidt KZ 27. 377; sed si tecum reputaveris Boeotos et dativos in *-ῶι* novasse et genuini accusativi vocis Πολυκλεῖς loco Πολυκλεῖν dixisse, facile concedes eisdem novam accusativi formam Παναριῶν induxisse.

§ 88. De stirpium exitus *-s* declinatione.

Nominis proprii Δαμοτέλεις accusativum Δαμοτέλειν habes 3171 9 Orchomeni, Thespienses Διογένειν et Κλεοφάνειν ex titulo 1728 cognoscimus. Vides saeculo tertio Boeotos eadem analogia usos esse qua Attici inde a saeculo quarto, Lesbii, ceteri.

Nomina in *-κλέφης* a Boeotis ita declinantur:

- nom. Πολυκλέεις, Πολυκλείεις, Πολυκλεῖς;  
 acc. Πολυκλεῖν;  
 gen. Πολυκλεῖος, Πολυκλεῖος;  
 dat. Πολυκλεῖι.

De nominativi formarum vicissitudinibus supra (§ 77) exposui; ibidem de genetivo verba feci. Accusativum Πολυκλεῖν

eidem analogiae deberi cui *Λαμοτέλειν* nemo est qui neget; occurrunt exempla *Ἰατροκλεῖν* 3287 5, *Νικοκλεῖν* BCH 23. 90 Π 4, alia. Dativum *Πολυκλεῖ* scripsi Dittenbergerum secutus, qui ΠΡΟΚΒΕΙ tituli Lebadiensis 3113 ita intellegi voluit. Sed cum *s* inter *e* et *i* positum (*klevesi*) prius evanesceret quam *v* inter *e* utrumque positum, nescio an rectius *Πολυκλεῖ* a me scriptum esset. Proximorum saeculorum exempla mihi non sunt praesto.

§ 89. De stirpis *μᾶτερ*- declinatione.

In titulo 1671 domestica litteratura scripto incisum est: *ἀνέθειαν ταῆ Λάματρι*. Boeoti igitur saeculi quinti nomen deae eadem ratione declinaverunt qua Attici. Contra in titulo 3213, quem alteri parti saeculi tertii tribuerim, *Λαμάτερι* comparet, qua cum forma consentiunt *τᾶς Ματέρος, τῆ Ματέρι* titulorum 3315, 3379, quos saeculo altero exaratos esse constat; itidem *Ματέρι* 1811. Apparet igitur recentiore aetate *e* ex accusativo — *ματέρα* habes 3083 11 — in genetivum et dativum irrepsisse. Sed formae veteres non plane obsoleverunt, nam Tanagraei saeculo tertio vergente *τᾶς Λάματρος* scripserunt REG 12. 694, et similia alibi leguntur.

§ 90. De vocum *Ἄρταμις* et *Θέμις* declinatione.

Boeoti cum sicut Graeci occidentales forma *Ἄρταμις* uterentur, in forma declinanda ab eis discesserunt: non enim *Ἄρτάμιτος* sed *Ἄρτάμιδος* declinaverunt. Deligo pauca exempla:

*Ἄρτάμιδος* 546 (litt. dom.);

*Ἄρτάμιδι* 2232.

De declinationis origine satis incerta adeas velim Kretschmeri commentationem in KZ 33. 467 sqq. expressam.

Vocem *Θέμις* voci *χάρις* in declinatione assimilaverunt Boeoti<sup>1)</sup>; habes enim

*Θέμιτι* 1816.

Pindarum igitur qui Ol. 13, 8 *χρῶσαι παῖδες εὐβούλου Θέμιτος* cecinit, eam declinationem e popularium sermone hausisse haud improbabiliter coniecero.

1) Et Arcades: *Ἀριστοθέμιτος* Coll. 1194.

## § 91. De pronomibus demonstrativis.

a) *De affixo i demonstrativo.*

Pronomen demonstrativum *ὄδε* a more gentis Boeoticae videtur abhorruisse. Nam pro Atticorum *τήνδε*, *οἴδε* Boeoti *τανί*, *τοιί* dixerunt. Accusativum *τανί* habes 1739 5; de nominativo *τοιί* vide quae § 43 exposui.

b) *ὄτος.*

Pronominis *ὄτος* declinationem Boeoti ita mutaverunt, ut stirpem *δ-*, quam in *ὄτος* inesse nemo est quin intellegat, in omnes casus introducerent. Qua ratione usi has formas novaverunt:

Sg. acc. *ὄτον* 685 2, 686 2, 687 3;

*ὄτο* 1738 5, 3172 131 al.;

gen. *ὄτω* 1737 11, 1738 6;

Pl. acc. *ὄτως* 1780 14, 4136 4;

*ὄτα* BCH 21. 554 10 al.;

gen. *ὄτων* BCH 19. 157 I 4 al.

Atticorum *τανί* Boeotis est *ὄτί* 1737 5.

## § 92. De articulo pro relativo substituto.

In pecuniarum recensu 2418, quem intra annos 355 — 346 compositum esse certum est, inde a v. 22 haec legimus: *ἐν τὸν πόλεμον, τὸν . . . ἐπολέμιον Βοιωτοί*. Unde exsistit, ut Boeoti medio saeculo quarto articulo relativi sententiam subiecerint. Alterum exemplum est 3172 150, ubi Dittenberger lacuna duarum litterarum expleta hoc restituit: *ἐ[ν τ]άν κα ἐνενηχθεῖ ἀ ἀνφορά ἐν ὄτο*; titulus est vergentis saeculi tertii. Alibi eae formae usurpatae sunt, quas e sermone Attico novimus; velut *καθάπερ* 504 5. Sed nihil impedit, quo minus *δ*, *ῶ*, *δν*, *ῶν* e lingua vulgari denuo a Boeotis recepta esse statuamus, postquam saeculo quarto vel ante obsoleverint et articuli formis cesserint.

## § 93. De perfecti declinatione.

a) Perfecti stirpem *ηλθη-* cognovimus in *ἀπειλθειόντες*, *ἀπειλθέοντες* participio, de quo in § 9 verba feci, et in *δισσειλθεικε* perfecto et ipso Thespiensi BCH 21. 554 2. Stirps

ηλθῆ- cum aoristi stirpe ἐλθέ- eadem necessitudine cohaeret qua *FeFaθῆ-* (in Locrorum *FeFaθῆγοτα* IGS III nr. 334 38), *κεχαρη-*, *τενχη-* aliae cum *Fαδέ-*, *κεχαρέ-*, *τυχέ-*. Cave igitur praesens ἐλθέω subesse colligas.

b) Terminationem *-αται*, quam post stirpes quae in consonas cadunt ortam esse patet, Boeoti in ea perfecta intromiserunt, quorum stirpes in vocales cadunt:

*ἐστροτεύαθῆ* 3174 27, 3175 6, 3178 10, 3179 6, 3180 13;  
*μεισιθώαθῆ* BCH 21. 554 6.

c) Terminatione *-ανθι*, quam cum *-αν* in *εἶαν*, *ἔθεαν* cohaerere sponte patet, instructa est forma

*ἀποδεδόανθι* 3171 35.

Homeri *βεβάασι*, *ἐγγεγάασι* nemini non in mentem veniunt. Obloquitur *ἐκτεθήμανθι* in titulo Aegostenitano 207 6.

#### § 94. De coniunctivo verborum, quorum stirpes in vocales longas cadunt.

In titulo 1739 10 legitur: (*ἦ δέ κά τις . . .*) *καθιστάει*, in titulo 3172 77 *ἦ δέ κα μεῖ ἀποδώει*. Quae coniunctivi formae conveniunt cum Delphorum *δῶη*, *ἀποδώη* (Coll. 1878 17, 1717 9), et cum Homericis *στήηι*, *βήηι* quae traduntur.

Eadem declinandi ratione aoristi passivi utuntur. Iuxta veterem coniunctivi formam *ἐνενηχθεῖ* 3172 150 hasce novatas in titulis deprehendimus:

*ἐπιμελειθεῖει* 4136 7;  
*κουρωθεῖει* 207 14 (tit. Aegost.), REG 12. 69 11;  
*κατασκευασθεῖει* REG 12. 69 17.

Cf. Homerica *μιγήηις*, *φανήηι* quae scribuntur.

Eos coniunctivos aetate recentiore factos esse ex ea re intellegitur, quod contractione carent.

#### C. DE FICTIONE NOMINUM.

##### § 95. De nominibus propriis in *-ώνδας*.

Ex eis quae Constantinus Angermann in Curt. Stud. I, 1. 20 congressit, apparet ceteris quoque Graecorum gentibus nomina in *-δας* a nominibus in *-ων* derivata haud ignota fuisse. Atque

nostra aetate Angermanni exempla facili negotio augeri possunt: Eretrienses *Ξενώνδης* 'Eφ. 1895. 133 32, *Μενεκλείδης Μενώνδω* 139 155, *Στρατώνδης Στράτωνος* 142 242. Neque vero ulla gens pari favore ea nomina amplexa esse videtur atque Erpaminondae populares, quorum ex titulis triginta fere exempla enumerare possumus:

'*Αγεμιώνδας* aut '*Αγεμιόνδας*<sup>1)</sup> 2456; '*Αιτώνδας* 2407 13; '*Ασπασιώνδας* 2787 17; '*Δαιτώνδας* aut '*Δαιτόνδας* 2457; '*Διογιτώνδας*<sup>2)</sup> 916; '*Δρωπόνδας* 2812 14; '*Επαμινώνδας* 2781 14; '*Ερμαιώνδας* 2815 4; '*Ερπώνδης* 2426 4; '*Ηραώνδας* 3249; '*Ησχυριώνδας* 2724 a 4; '*Αέσχυρώνδας* aut '*Αέσχυρόνδας* 550; '*Θρασώνδας* 2716 Π 19; '*Καλλιώνδας* 3174 34; '*Κλιώνδας* 3181 4; '*Λιχμώνδας* 2472; '*Μαιώνδας* BCH 23. 196 IV 10; '*Πασώνδας* 2812 11; '*Πατρώνδας* 1327; '*Πειθώνδας* aut '*Πειθόνδας* 1941; '*Σαώνδας* 2781 4; '*Σιμώνδας* REG 12. 70 39; '*Στιλβώνδας* 2431 7; '*Στιώνδας* aut '*Στιόνδας* 1888 b 6; '*Τιμώνδας* BCH 23. 588 3; '*Φιλώνδας* 3172 91; '*Χαρώνδας* 3377 4; '*Χηρώνδας* 2716 I 17.

Nomina in *-ίδας*, quae apud ceteros Graecos sollemnia sunt, ne a Boeotis quidem abhorrent; sed rarius iuveniuntur. Collegi haec:

*Εύγιτονίδα* 3508; '*Θεογιτονίδα* 3154; '*Φισωνίδα* 1040; '*Θαλωνίδα* 2781 17; '*Σιμωνίδα* 4215; '*Φιλωνίδα* 1708, 1740 12, 2433 9, 3180 71.

Cum nominum *Διογιτώνδας*, '*Επαμινώνδας*, '*Ερμαιώνδας*, '*Ησχυριώνδας*, '*Σαώνδας*, '*Χαρώνδας*, '*Χηρώνδας* compluria exempla exstent, nominum in *-ίδας* non nisi singula exempla occurrunt, *Φιλωνίδα* nomine excepto. Sed unum addendum est, quod Tanagrae (791), Copis (2783 8), Orchomeni (3179 5), Anthedone (4231), Thespiis (BCH 21. 554 17) deprehenditur: '*Απολλωνίδα*. Qui factum sit, ut hoc ipsum nomen a Boeotorum more discederet, non perspicio.

1) Vide quod § 41 exposui.

2) Quocirca non improbabiler Kretschmer KZ 33. 569 coniecit Eretriensis *Διογειτώνδας* nomen, quod 'Eφ. 1895. 134 62 comparet, e Boeotia oriundum esse. Alteram formam in *-δας* a Kretschmero in censum vocatam, *Μενώνδας*, in lapide non exstare, e nova tituli editione cognoscitur, quam adire Kretschmero nondum licuit.



## § 96. De nominibus propriis in -άδας.

Ut a *γέννα* descendit *γεννάδας*, ita a nominibus urbium aut regionum quae in *ā* (*αι*) cadunt, nomina hominum in -άδας derivata sunt, quibus origo eorum indicaretur. Quae ratio inter nomen loci et nomen hominis intercedat, optime elucet e nominibus filii et patris coniunctis *Φαράδας Θηβαγένουσ*<sup>1)</sup>, quae in titulo 4149 12 adsunt. Eis quoque nominibus favent Boeoti; nam quamvis exilis eorum numerus sit, tamen in titulis Boeoticis non minus quattuor comparent haec:

*Βρεισάδας* 2556 Thebis (litt. dom.);

*Κρισάδας Ἀριάριτος* 2724 b 2;

*Φαράδας* Thespienses 1856 2, 4149 12, Thebanus 2466 5;

*Φεράδας* Thespiensis 1751 6.

Praetermitto *Ἀθανάδας* 3175 46, quippe quod aliter expeditur liceat.

## § 97. De consonis in nominibus hypocoristicis geminatis.

Morem consonae in nomine hypocoristico geminandae, quem ne reliqui quidem Graeci ignorabant<sup>2)</sup>, Boeoti praeter ceteras gentes adamaverunt. Atque hac in re maxime cum Germanis consentiunt, qui quanto studio geminationem in hypocoristicis amplexi sint, optime cognoscitur e Francisci Stark libro praeclearo *Die Kosenamen der Germanen* inscripto. Geminatione utuntur Boeoti in utroque hypocoristicorum genere: et in eis quae altera nominis compositi parte plane omissa terminationem affigunt, et in eis quae consona posterioris partis prima retenta suffixum addunt. Accedunt ea, quae non pro nomine composito substituta sunt, sed quibus singulae voces subsunt.

a) Nomina in -ος:

*Βίοντος* 545 7. 863. 3175 20; *Λάμμος* 3179 31 (cf. *Λά-μαχος*); *Σάμμος* 2751 (cf. *Σαμο-κλείς*, *Σαμό-λας*). Addendum *Μίττος* in *Μίττιος* 2724 a 6, cui subest *μίτος*.

1) Allatis a Gu. Schulze GGA 1897. 874 adn. 1.

2) Cf. quae Fickius collegit in editione altera libri GP 30 sqq.

## b) Nomina in -ις:

*Δάμασσις* 1908. 3231; exemplum incertum, vide § 8.

## c) Nomina in -ίδας:

*Γοθθίδας* 585 II 1 (nomen obscurum); *Δαμοιθίδας* 3169 1 (cf. *Δαμό-θουος*); *Φιμππίδας*<sup>1)</sup> BCH 21. 556 47; *Μεγγίδας* 585 III 13; *Μεννίδας* 2560, 2819 8, 3207 9; *Προππίδας* 2816 6 al. (cf. *Θεό-προπος*); *Χιοννίδας* 2708 1, 4127 1.

## d) Nomina in -ας, -άδας:

*Μέκγας* 3172 9, *Μέκγγος* 3180 9 (cf. *Μεγακλείς*); *Κορρινάδας* 1793 1, BCH 19. 380 8 (nomen obscurum; ρρ = ρσ?).

## d) Nomina in -έας:

*Φιλλέας Μεγακλέους* 4149 5.

## f) Nomina in -ίας, -ιάδας:

*Ἰθυλλίας* 1751 4, 2599 (cf. *Ἰθου-λάα* 3440); *Ξεννίας* 2820 10, 2822 10, 2825 6; *Σιμμίας* 2429 1 al., *Σιμμίγος* 538 19 (nomen ioculare a *σιμός* profectum); *Πιθιάδας* 3182 8 (nomen ioculare, descendit a *πίθηγος*).

## g) Nomina in ει(ς):

Multa exempla in § 40 enumeravi, ea dico, quae nominativi sunt in -ει. Nunc ea addo, quorum nominativi in -εις cadunt, et ea, quae aut ex casibus obliquis aut ex adiectivis patronymicis in -ιος concludi possunt. Praesto sunt: *Αἴμεις* BCH 23. 194 I 17 (cf. *Αἰ-μνάστα*); *Δαῖμμεν* 558 (cf. *Δαῖ-μάχα*, *Δαῖ-μένης*); *Δορκίλλι* 3193 5 (dat.); *Ἐμπέδδε* . . 3086 3; *Καφισόττει(ς)* concludendum ex *Κα[φισ]όττειος* 3068 1 (gen.; cf. *Καφισό-τιμος*); *Καφίσσει(ς)* concludendum ex *Καφίσσιος* 2720 6 (gen.); *Μελάννεις* concludendum e *Μελάννιος* 3207 6 (gen.); *Τάλλεις* concludendum ex *Τάλλιος*

1) Neque intellego, quid sibi velit nomen, neque quo modo fieri potuerit, ut nasalis ante π productum servaretur. Quare nescio an difficultates ita expedire liceat, ut π duplex pro πβ (cf. *Κοπβίδαιος* Coll. 345 59 et *Μέκγας* infra sub signo d) mihi afferendum) scriptum esse statuam. Quod si concesseris, nomen cum Hesychii *γυμβάναι· ζεύγανα* (?) et *ἱμψας· ζεύξας· Θετταλοί* (Ahrens, Diall. II 54) coniunxerim.

3206 14 (gen.; cf. *Ταλαι-μένης*); *Χιόννης* 4149 4. Accedunt nomina in *-λλει(ς)* ea, quae fieri potest ut hypocoristica sint nominum in *-λαος*: *Ἰθιούλλει(ς)* 2818 15 (cf. *Ἰθου-λάα*), *Πραξιλλει(ς)* 4172 2 (cf. *Πρηξι-λεως*), *Χαρίλλης* 2524 4 (cf. *Χαρί-λαος*); et nomen ioculare *Ὀρτάλλει(ς)* BCH 23. 194 Π 26, quod cum *ὀρτάλιος* coniunxit Bechtel (Bezz. Beitr. 26. 150), Strattidis versibus illis lepidissimis allatis.<sup>1)</sup> De veriloquio nominis *Πώταλος*, quod Thessali *Πούταλος* pronuntiaverunt (Coll. 345 49), mihi non magis subolet quam ceteris; Boeotos *Πωτάλλει(ς)* dixisse *Πωτάλλιος* genetivus (3176 2) argumento est.

h) Nomina in *-είδας*:

*Πολυσειδας* 3659 (cf. *Πολυσάων*).

i) Nomina in *-ων*:

*Ἀ(ν)θέμμων* 2435 7; *Δίκων* 1888 g 3.

k) Nomina in *-ίς*:

*Ἀμφοτίς*<sup>2)</sup> 3155 3; *Βιοτίς* 862; *Ἐμπεδοτίς* 3150 (cf. *Ἐμπεδό-τιμος*); *Ἐροτίς* 2950; *Κεφαλλίς* 3230; *Πολυτίς* 2777 1 (cf. *Πολύ-τιμος*); *Φιλοτίς* 1480 (cf. *Φιλο-τίμα*).

l) Nomina in *-ίχα*:

*Ἐμπεδδίχα* 959.

m) Nomina in *-ώ*:

*Ἀγαθῶ* 729; *Ἀμφοτῶ* 768. 4248; *Ἀνδροκῶ* REG 12. 75 33 (cf. *Ἀνδρόκλια* ib. 73 44); *Ἀφθονῶ* 853; *Δαλικῶ* 883 (e *Δαλ-ικέτας*<sup>3)</sup>, nomine nondum invento); *Θεοκῶ* 2465; *Θρασκῶ* 1096; *Καλονῶ* 2853 (cf. *Καλό-νικος*); *Νικοτῶ* 1257 (cf. *Νικο-τελής*); *Ξενῶ* 1274 al.; *Ξενοκῶ* 1276 (cf. *Ξενο-κλια* 1277,

1) Athen. p. 621 f:

*Ξυρίετ' οὐδέν, πᾶσα Θηβαίων πόλις,  
οὐδέν ποτ' ἄλλ' ἢ πρῶτα μὲν τὴν σπιάν  
ὀπιθοτίλαν, ὡς λέγουσ', ὀνομάζετε·  
τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὀρτάλιον — —.*

2) Vide sis quae ad *Ἀμφοτίει* in § 40 adnotavi.

3) Meister Bezz. Beitr. 5. 196.

*Ξενο-κρίτη* 1278); *Πολεμώ* 2653; *Στροπτή* 1403; *Τιμολλώ* 3675 sq. (cf. *Τιμό-λαος*); *Φιλοκώ* REG 12. 75 37; *Φιλλώ* septies velut 1953. Mutilata sunt --*ακκώ* 3724 et --*ορρώ* 4182, quae Bechtelio auctore [*Πεδ*]ακκώ<sup>1)</sup> et [*Θε-* aut *Κλε-* aut *Νικ*]ορρώ suppleverim.

Ex hypocoristicis consonarum geminatio in nomina non decurtata translata est. Quam rem duo exempla testantur:

*Ξενάρετος Λαματρίω* 2826 12 (Hyetti);  
*Μνασικλείς Εύκρίνιος* 3186 3 (Orchomeni).

#### D. DE VOCABULORUM QUORUNDAM SIGNIFICATIONE.

##### § 98. *ἐμβαίνω, ἔμβασις.*

In tit. 1739 5 scriptum est: *ὁ ἐμβά[ς τ]ὰ γὰρ γὰν τῷ Ἡρακλειῶς.* Deinde [*ἡ δέ κα τίς μὲι κατα*]βάλλει τὰν ἔμβασιν. Consentit quod BCH 21. 554 9 legimus: *ἐνβάση τὰν ἀρχὸν καθ' ἃ κα φήνειτη αὐτῇ σύνφορον εἶμεν.* Agitur de agris aut de pratis conducendis; *ὁ ἐμβάς* est is qui „colendi et fructus percipiendi causa intrat in agrum“ (Dittenberger), id. est ‘conductor’, *ὁ ἐμβάσας* est ‘is qui elocavit’, *ἔμβασις* est ‘pretium’.

##### § 99. *κόφινος.*

*Κόφινος* voce Boeotos mensuram quandam significavisse testatur Pollux IV 169, cum ex Strattidis Cinesia versus afferat (Meineke II 768):

*Τὰ δ' ἄλφιθ' ὁμῖν πῶς ἐπώλουν; — Τεττάρων  
δραχμῶν μάλιστα τὸν κόφινον. — Τί λέγεις; μέτρῳ  
ἐχρῶντο κοφίνῳ;*

Eiusdem rei testis est titulus 2780 quamvis mutilus, in quo *κόφινος* ita usurpatum est, ut de sensu dubitare non liceat. Apud Atticos voce fiscinam significari ex Aristophanis Avibus nemo est qui nesciat.

1) Cf. *Πεδάκων* 538 14.

§ 100. *λιάνω.*

Hoc verbum cum praepositionibus *ἀπό* et *ἐξ* compositum in duobus titulis comparet:

*ἀπελειανόμεθα* 1737 16;

*ἐσλιανάτω* 3172 73.

De vi, quae eis formis inest, non melius exponere possum quam verbis usus Dittenbergeri viri mea laude maioris (ad 1737): „... *ἀπελειανόμεθα* ... hoc vocabulum sola praepositione differt ab *ἐσλιάνη* ..., quod ... de nomine post pecuniam redditam delendo usurpatur; atque activum quidem de creditore qui delet, medium de debitore, qui pecunia reddita ut deleatur impetrat, usurpari consentaneum est.“

---

## Addenda.

---

### Ad § 4.

Postquam huius libelli schedae thypothetae traditae sunt, eae inscriptiones, quas Vollgraff BCH 25. 359 sqq. expressit, mihi in manus venerunt. Ex titulis 9 et 12 apparet Thebanos quoque ΚΑΦΙΞΑ scripsisse.


Post § 59 inseras quaeso:

### § 59a. De voce *πιθώ*.

Apud Boeotos verbum *πιθώ*, quod Blass (Mus. rhen. 1881. 608) a *πειθώ* descendere suspicatus est, in usu fuisse titulo Nicaretae docemur, quo formae *ἐπίθωσε*, *ἐπίθωσαν* praebentur: 3172 116 δ *ἐπίθωσε αὐτὰν ἃ πόλις* (quod ut faceret civitas ei persuasit), 3172 58 δ *ἐπίθωσαν οὐπὲρ τῶν οὐπεραμεριῶν*. . . .

### Ad § 70.

Doleo quod sero memini Guilelmum Schulze Qu. ep. 31 sq. novam patronymica a stirpibus in -ς descendencia expediendi rationem iniisse. Quae cur mihi minus arrideret exponere profecto non omissem, nisi eo tempore, quo de his patronymicis disserebam, plane memoria elapsa esset.



**RUDOLFUS RICHTER:**

**DE RATIONE CODICUM LAUR.  
PLUT. 69,2 ET VATIC. 126 IN EXTREMA  
THUCYDIDIS HISTORiarUM PARTE**





## Praefatio.


---

Quamquam codicem Vatic. 126 Thucyd., qui in prioribus historiarum libris cum codd. ceteris, imprimis A, saepissime consentit (cfr. Wilamowitz. cur. Thuc., ind. lect. Gottg. 1885, p. 5), inde ab VI, 92 recensionem plane abhorrentem exhibere satis notum est (cfr. Hudii ed. I, 1898, p. VIII; II, 1901, p. V), tamen omnium virorum doctorum, qui in codd. Thucyd. investigandis versati sunt, excepto Wilamowitzio l. c. neminem, qua ratione haec codd. familia (a Vat. inde ab VI, 92 praebita) et illa ceterorum codd. inter se uterentur, diligentius perscrutatum esse valde miror.

Quam rationem, cum mihi ad verba Thucyd. constituenda gravissima videretur, hoc opusculo explorare ausus sum. Ei autem, qui, quanta sagacitas diligentiaque ab hominibus doctis (imprimis Stahlium et Hudium dico) in recensione et emendatione Thuc. historiarum adhibitae sint, cognoverit, multis locis me novum arbitrium dare non posse, offensionem non erit.

Notis usus sum his:

- Egg. = Joannes Eggert, De Vatic. cod. Thuc. auctoritate, diss. Berol. 1882.  
H. = Carolus Hude, Comment. crit. ad. Thuc. pert., diss. Haun. 1888.  
Kueh. = Kuehner, Ausführl. Gramm. der griech. Sprache, 3. Aufl. I u. II bes. von Blass, III u. IV von Gerth. 1890 seq.  
M. = Meisterhans, Gramm. der att. Inschr. ed. III. 1900.  
adn. Cl. (St.) = adnotatio Classen. (Steup.)  
adn. P. St. = adnotatio Poppo. Stahl.
-



## Caput primum.

### De scripturis a codice Laurentiano solo praebitis.

1. Ex his primum eae enumerentur, quae recte se habere videntur.

102,1 *πάλιν* C; *πάλιν ἀπὸ τῆς πόλεως* cett. Cum e part. **VI.** aor. *καταφυγόντες* Syracusanos in oppidum ipsum fugisse satis concludi possit, haec vocabula, quae insuper collocatione iam suspecta neque cum *ἀναθαρσήσαντες* neque cum *ἀντιτάξαντο* quadrant, interpretandi causa inserta sunt. — 4,4 *ῥάων* C, **VII.** *ῥά(ι)ον* cett. Scripturam Laur. Dion Hal. satis tuetur; cfr. H. p. 120. — 34,1 *Ἀχαιίας* C, *Ἀχαιίας* cett. Formam *Ἀχαιίας* antiquiorem puto; cfr. M. p. 33, adn. 179. — 50,3 *ἐδύναντο* C, *ἠδύναντο* cett. cfr. M. p. 169, 3. — 71,1 *καθεστηκίας* C, *καθεστηκνίας* cett., 11,3 *ἀπαναλωκίας* C, *ἀπαναλωκνίας* cett., **VIII.** 48,5 *ἀφροστηκῆαι* C, *ἀφροστηκνῆαι* cett., 92,3 *περιπεπλευκῆαι* C, *περιπεπλευκνῆαι* cett. (*καταπεπλευκνῆαι* G); 108,3 *πεπλευκίας* C, *πεπλευκνίας* cett., cfr. M. p. 59, adn. 505. — **VII.** 81,3 *ἀναγκάζονται* C, *ἀναγκάζονται* cett. cfr. Kueh. IV, p. 425. 426. adn. 1 et 2. H. p. 41. — **VIII.** 5,4 *Ἄρτοξέρξου* C, *Ἄρταξέρξου* cett. Forma *Ἄρτοξ.* codicibus Thucydidea satis comprobatur; cfr. I, 104,1 *Ἄρτοξέρξου* AC; 137,1 *Ἄρτοξέρξην* ABCF; IV, 50,3 *Ἄρτοξέρξην* ACE. Herdt. VI, 106. 151. 152. Dindorf. Xen. an. I, 1, 1. Schneider. Xen. Cyrop. **VIII.** 8, 12. — 23,2 *Ἐρεσον* C, *Ἐρεσσον* cett. [G] cfr. Herodi. I, 210, 8 ed. Lentz. M. p. 98. — 34. *δρμήσασαι* C, *δρμίσασαι* cett. Verbum *δρμίζειν* hic tolerari nullo modo potest cum aliis de causis, tum quia activum *δρμίζειν* semper transitivum est; cfr. IV, 103, 2. — 45, 5 *καὶ νῦν* C, *καὶ νῦν καὶ* cett., cfr. H. p. 57. — 46, 3 *ἐκείνω* C, *ἐκείνων* G, *ἐκείνο* AEF, *ἐκείνοι* M, *ἐκείνος* B. Dativ. propter *σφίσι τε αὐτοῖς* quae praecedunt solus

VIII. rectus est; cfr. H. p. 57. — 53, 3 μάλλον C, μάλλον τὰς ἀρχὰς ποιήσασιν cett. Hudio p. 61 assentior, sed cfr. Stahl. Goett. Gel. Anz. 1891, p. 671. — 58, 3 Λακεδαιμονίων C, Λακεδαιμονίων χώραν cett. [G] cfr. H. p. 63. Thuc. inscriptionum genus dicendi minime diligenter imitatus est, cfr. V, 47, 1. — 63, 3 κατελύετο C, κατελέλυτο cett., cfr. H. p. 64. — 66, 3 αὐτὸ C, αὐτοὶ cett. cfr. H. p. 65. Stahl. G. G. A. 1891, p. 671. — 68, 4 ἔτει C, ἐπ' εἰς cett. Praepos. ἐπὶ cum numero certo coniuncta mihi videtur inepta; cfr. Kueh. III, p. 500, 2). H. p. 67. Postquam ETEI primo in ETI, postea in EII corruptum est, ETEI in codd. cett. denuo additum est. — 69, 2 ἄπωθεν C, ἄποθεν cett., cfr. Kueh., II, p. 309, adn. 3. — 70, 2 μετέστησαν C, μετεστήσαντο cett., cfr. H. p. 67. Stahl. l. l. p. 671. — 76, 6 πατέριος C, πατρώος AB-EFG, πατρώιος M., cfr. Kueh. II, p. 292, 1. H. p. 70. — 76, 6 extr. οἴπερ C; οὐπερ cett. male. — 78. κινδυνεύειν C, κινδυνεύειν cett. Vulgari interpretatione servata Hudio p. 70 assentior; cfr. VIII, 46, 5. — 79, 3 καὶ C, δὲ καὶ cett. (post προσεδέχοντο). Part. δὲ post καὶ ἄμα addita languet; cfr. H. p. 70. — 82, 1 ἂν ἠλλάξαντο C, ἀντηλλάξαντο cett. Sed irrealis hic mihi aptior videtur; cfr. H. p. 72. — 82, 3 ποιεῖν C, ποιεῖν ἤδη cett.; cfr. H. p. 72. — 83, 2 extr. ἔτι C, εἰ ἔτι AB-EF, εἰς ἔτι GM. Neque εἰ ἔτι neque εἰς ἔτι cum toto verborum contextu coniungi potest; cfr. H. p. 73. — 90, 1 Σάμω C, Σάμω(ι) ποτὲ cett. Sed ποτὲ propter τότε quod sequitur non tolerabile est; cfr. H. p. 76. adn. P.-St. — 90, 5 αὐτοὶ C, ἐν αὐτοῖς AB-EF, οἱ αὐτοὶ GM. Cum διωκοδόμησαν et ἦρχον idem subiectum habeant, artic. molestissimus est; cfr. H. p. 76. — 91, 3 δήμου C, τοῦ δήμου cett. Script. Laur. testimonio schol. confirmatam unam aptam puto; cfr. H. p. 76. — 92, 1 ἐσόδους C, ἐσόδους καὶ cett. Cum quaeenam praeter πυλίδας et ἐσόδους illa receptacula sint, non satis intellegatur, Hudio p. 77 assentior. — 92, 4 φυλὴν C, φυλακὴν cett.; cfr. VI, 98, 4. 100, 1. H. p. 77. — 95, 2 ἀποκεκλημένης C, ἀποκεκλειμένοις B, ἀποκεκλεισμένη A, ἀποκεκλεισμένης cett. cfr. Kueh. II, p. 132 a) 2. — 98, 4 τε C, μὲν G, om. cett. (post Οἰνόρη) cfr. H. p. 80. — 101, 2 δειπνοποιοῦνται C, περαιοῦνται cett.; cfr. H. p. 81. — 101, 3 παραπλεύσαντες C,

παραπλεύσαντες τὴν Κυμαίαν cett.; cfr. H. p. 82. — 108, 1 VIII. πεποιήκει μᾶλλον C, πεποιήκει μᾶλλον AB—EF, μᾶλλον πεποιήκει GM. Praeterquam quod hic non (ἐ)πεποιήκει, sed πεποιήκει recte se haberet, cur optativum indicativus sequatur, causa non est. — 108, 4 Αἰολῆς C, Αἰολεῖς cett.; cfr. Kueh. I, p. 449, adn. 5. — 109. Ἀρτέμιδι C, Ἀρτέμιδι ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θῆρος χειμῶν τελευτήσῃ, ἐν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται cett.; cfr. H. p. 84; adn. P.-St.

2. Deinde quibus locis cod. Laur. solus scripturam falsam librarii vitio ortam habeat, quaeramus.

98, 1 ἕκαστον C; ἕκατόν cett. recte sine dubio. — 100, 1 VI. φυλακὴν C; φυλὴν cett. bene. — 103, 4 κακῶς C; κακῶν cett. recte. — 3, 1 παρέταξαν C; παρετάξαντο cett. Cum quid VII. suppleri possit ad παρέταξαν non antecesserit, script. Laur. falsa est. — 4, 4 ποιήσασθαι C, ποιήσεσθαι cett.; inf. aor. propter ἐφορμήσειν quod praecedit falsus est. — 8, 2 βουλευέσθαι C, βουλεύσασθαι cett.; cfr. H. p. 13. — 15, 2 ἀσχολαίτερον C, σχολαίτερον cett. Cum ne ἀσχολαίτερον quidem sententiam aptam praebet, script. Laur. pravam esse comprobatur. — 17, 2 φυλάσσειεν C; φυλάσσοιεν cett. recte. — 23, 1 τοῖς C, τὰ cett. ante voces ἐλάσσω δύο, quibus ipsis script. Laur. non veram esse apparet. — 27, 1 τῶν Διαικοῦ C, τοῦ Διαικοῦ cett. [G]; sed Dios Thracas omnes, non partem modo, μαχαιοφόρους fuisse docet Thuc. II, 96, 2. Praeterea artic. τῶν propter τῶν quod bis praecedit esse ortus videtur. — 27, 1 Δαικοῦ C; Διακοῦ cett. [G]; de Thracibus, qui nominantur Dii, cfr. Thuc. II, 96, 2. — 34, 1 Σικελίας C, Σικελίαν cett.; genet. propter τῆς quod praecedit in Laur. ortus est. — 34, 1 αὐτοῖς C, αὐτοῖς cett., accusat. non habet quo bene referatur. — 43, 7 μεμηχανημένον C, μεμαχημένον cett.; script. Laur. hic sententia bona caret. — 47, 4 προσκαθῆσθαι C, προσκαθῆσθαι cett. Script. codd. cett. propter c. 48, 2 et 49, 2 veram puto. — 51, 2 διώκουσιν C, καταδιώκουσιν cett. Cum Athenienses Syracusanos usque ad portas ipsas moenium persecuti sint, aptissimum videtur καταδιώκουσιν. — 55, 2 μεγέθη C, μεγέθει cett.; cfr. H. p. 30. Widmann, Wochenschr. f. klass. Phil. 1889,

- VII. p. 398. — 56, 2 *κωλύσουσι* C, *κωλύσωσι* cett.; Kueh. IV, p. 376, adn. 5; H. p. 30. — 60, 5 *παρεκελεύσατο* C, *παρεκελεύσατο τέ* cett. Script. Laur. dittographia orta est. — 65, 1 *πολλὰ* C, *τᾶλλα* cett. Vox *τᾶλλα* quae ad Atheniensium remedia cap. 62 relata referatur optime, melior est; cfr. H. p. 33. — 67, 3 *ἔσόμεναι* C, *ἔσονται* cett. Script. Laur. recepta verbum huius paragraphi deest. — 69, 2 *ἐαντῷ* C, *ἐν τῷ* cett. ante *τοιούτῳ ἦδη*. Script. Laur. corruptam esse apparet. — 75, 2 *ἀπολεωκότες* C; *ἀπολωλεκότες* cett. recte. — 75, 7 *ξυναπιέναι* C, *ξυνέβη ἀπιέναι* cett. Verbum *ξυνέβη* necessarium est ad contextum. — 76 *γεγωνίσκων* C; *γεγωνίσκων* cett. bene, cfr. Kueh. II, p. 176, b). — 78, 2 *τοῦ* C, *τὸ* cett. Genetiv. *τοῦ* sententiam minime tolerabilem dat. — 80, 3 *αὐτοὶ* C, *αὐτοῖς* cett. *Αὐτοὶ* ne per se ipsum quidem hic aptum non convenit cum *ἐμπίπτει ταραχῇ*. — 87, 6 *πανωλεθρία* C;
- VIII. *πανωλεθρία* cett.; cfr. Lobeck. Phryn. p. 705. — 10, 4 in. *προσβαλλόντων* C; *προσβαλόντων* cett. [G]. Part. aor. propter part. *ἀποβάντων* quod sequitur partic. *καὶ-καὶ* cum hoc artissime coniunctum praefero; cfr. H. p. 46. — 15, 2 *ἐπελθουσῶν* C, *ἀπελθουσῶν* cett.; cfr. § 1 *τὰς μὲν οὐκὼ πέμπειν . . . ἄλλας βοηθεῖν δώδεκα*. — 17, 1 *Σάμου* C, *Σάμον* cett. Praepos. *ἐς* accusativum flagitat. — 17, 1 extr. *ἀποστήσαντες* C, *ἀποστήσαντες* cett.; 24, 1 *παραβοηθήσοντα* C, *παραβοηθήσαντα* cett.; 55, 1 *βοηθήσαντας* C, *προσβοηθήσαντας* cett.; 64, 5 extr. *προτιμήσαντες* vel *-ωντες* C, *προτιμήσαντες* G, *προτιμήσαντες* cett.; 86, 1 *ἀναδιδάξαντας* C, *ἀναδιδάξοντας* cett., quibus locis participia a cett. codd. praebita sententia postulantur. — 18, 1 *Ἀθηναίους* C; *Ἀθηναίους* cett. recte; cfr. VI, 104, 1. — 20, 2 *Τήιος* C, *Τηίους* cett. Dativ. propter *ἔσπεισατο* necessarius est. — 23, 3 *ἀντιστάτας* C, *ἀντιστάντας* cett. Athenienses non eos, qui semper resistere solebant, sed tum quidem ex oppido progressos prostraverant. Et *ἀντιστάτης* apud Thuc. nusquam alibi occurrit. — 24, 2 *προυχίου* C; *πρὸ Χίου* cett. recte. — 31, 1 *μὲν* C, *μετὰ* cett. (ante *Θηριμένους*). Partic. *μὲν* quo referatur non habet. — 39, 1 *ἐν* C; *αἱ* cett. (ante *τῷ Φαρναβάξῳ*) recte. — 44, 2 extr. *τῶν* C, *τῶν* cett.; cfr. Kueh. I. p. 604; M. p. 123, adn. 1113. — 45, 1 *ἐπ' αὐτῶν*

C, ἀπ' αὐτῶν cett.; cfr. H. p. 56; 81, 1 ἀπ' ἐκκλησίας C, ἐπ' VIII ἐκκλησίας cett.; cfr. H. p. 71, sed Stahlum l. l. p. 667 et 669 sequor. — 45, 3 τριηράρχους C; τριηράρχους cett. recte. — 46, 3 in. δὲ C, τε cett. (post ἐπιτηδειοτέρους). Cum mihi quidem paragr. tertia membrum orationis Alcibiadis supremum argumentis confirmatum continere videatur, part. τε praefero; cfr. H. p. 57. — 48, 7 οἰκουν C; οἰκουν cett. recte. — 53, 3 ἐλέγετο C; ἔλεγεν cett. Activ. quod propter ἡρώτα quod praecedat concinnius est, melius est; cfr. c. 54, 1 διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ Πεισάνδρου. H. p. 61. — 55, 1 extr. ἀπάροι C, ἀπαίροι cett. recte. — 56, 4 extr. ἐαντῶν C, ἐαντοῦ cett.; cfr. H. p. 62. Sed Stahl. adn. Poppo. hunc locum videtur rectius interpretatus esse. — 57, 2 τρίς C; τρίτας cett. cfr. c. 18 et 36. — 58, 3 εἶναι C, ἰέναι cett.; cfr. § 4 ἦ ἐπὶ τὴν βασιλέως χώραν. — 67, 3 in. δὲ C, δὴ cett. Part. adversativa hic locum non habet. — 68, 2 extr. αἰτίας C; αἰτιασθεῖς E; αἰτιαθεῖς cett. Acc. sententiam absurdam dat. — 68, 3 ἐπραξαν C; ἐπραξε(ν) cett. Plural. neque quod attinet ad rem grammaticam neque ad sententiam aptus est; cfr. c. 50. H. p. 67. — 69, 1 Ἀθηναίων C; Ἀθηναῖοι cett. Genet. part. a πάντες pendens ferri nequit; cfr. H. p. 67. — 71, 1 ξυμβασιτικόν C; ξυμβατικόν cett. recte, cfr. Kueh. II, p. 287, 3. — 71, 3 μείναντες C, μέναντας F, μείναντας cett. Acc. propter τοὺς ἐπελθόντας-ἀπέπεμψε necessarius est. — 73, 3 ἄλλω C; ἄλλα cett. bene. — 75, 2 extr. τοὺς τετρακοσίους C; τοῖς τετρακοσίοις cett. Dativ. verbis quae sequuntur πολέμιοι ἕσσεσθαι postulatur. — 76, 6 τοῖς μὲν C; τοὺς μὲν cett. Accus. propter καταλύσαντας quod seq. rectus est. — 76, 6 extr. χεῖρας C; χείρους cett. Sed χεῖρας sententiae expers est. — 77 ἰδόντες C; ἦδη ὄντες cett. Part. aor. iuxta ἤσθάνοντο pleonasmum intolerabilem efficit. — 78 προτιμότερον C; πρότερον cett. Πρότερον vocibus οὔτε νῦν quae seq. satis confirmatur, προτιμότερον autem ad contextus sententiam non quadrat et apud scriptores Atticos (nisi in Plat. legg. XII, 947 D) non invenitur. — 81, 2 ἐπητίασε C; ἐπητιάσατο cett. Huius verbi activ. Graecis inusitatum est; cfr. H. p. 71. — 83, 1 τὸν C, τῷ cett. (ante Τισσαφέρνει) recte. — 90, 4 τοῦ στόματι (litt. τι c.) C; τῷ



**VIII.** *στόματι* cett. Praep. ἐπὶ c. gen. hic mihi minus apta videtur. — 92, 2 *κελεύσαντος ὀνόματος* C; ὄνομα τοῦ κελεύσαντος cett. Script. Laur. constructionem verborum evertit. — 92, 8 *ἕκαστος* C, *ἕκαστον* AEF, *ἑκάστοις* cett. Unus dativus propter ἐμποδῶν. . γιγνομένου toleratur. — 93, 1 *ἔλκοντες* C; *ἐλθόντες* cett. recte. — 93, 2 *ὡς εἶδοιεν* C; *οἷς ἴδοιεν* cett. recte. — 96, 5 *διάφορον* C; *διάφοροι* cett. bene. — 98, 3 in. *αὐτοῖς* C, *αὐτοῖς* cett. Voce αὐτοῖς inepte Ἀρίσταρχος augetur. — 98, 3 *κἀκείνοις* C; *κἀκείνους* cett. Accus. propter δεῖ necessarius est. — 98, 3 *ξυμβεβάσθαι* C; *ξυμβεβάσθαι* cett. bene. — 102, 1 *φρυκτωροὶ* C, *φρυκτώριοι* AEF; *φρυκτωροὶ* cett. recte. — 104, 5 *τοῦ* C, *τὸ* cett. (ante *Κυνὸς σῆμα*) Accus. recte se habet. — 105, 3 *τῶν νικησάντων* C, *τὸ νικήσαν τῶν* cett. Si script. Laur. recta esset, ante *τῶν* artic. *τὸ* desideraretur, qui in cod. G correctura additus est. — 106, 4 extr. *ἄγγελον* C; *ἄγγελον* cett. recte. — 108, 1 *ἀποτρέψειε* C; *ἀποστρέψειε* cett. Cum Thuc. verbo *ἀποτρέπειν* „a sententia, ab incepto avertere“ (cfr. I, 76, 3; II, 40, 3; III, 11, 1; 39, 1; 63, 2; 68, 4; IV, 59, 2; VI, 8, 4; 19, 1; 24, 1; 29, 3; 38, 4; 87, 3. VIII, 86, 5.), verbo *ἀποστρέφειν* „redire iubere“ (cfr. IV, 97, 2. VI, 65, 3) significare voluerit, tribus locis, quibus codd. fluctuant (IV, 80, 1; V, 75, 2; VIII, 108, 1), *ἀποστρέφειν*, cuius significatio illis sola quadrat, restitui necesse est. — 108, 4 *Ἀστακοῦ* C; *Ἀρσάκου* cett. Sed Ἀστακος nomen Graecorum, non Persarum est. —

Vitiorum creberrimorum ab omnibus librariis commissorum

**VII.** in Laur. occurrunt haec: 4, 4 extr. *ἦλκε* C; *ἦκε* cett. cfr. M. p. 170, 9. Script. Laur. ne aptam quidem sententiam dat. — 21, 5 *εἰς* C, *ἐς* cett.; 24, 3 *εἰσκομιδαὶ* C, *ἔσκομιδαὶ* cett. [G]; cfr. Stahl. quaest. gramm. ad Thuc. pert. 1886, p. 43. M. p. 213, 13. — 29, 4 *Θρασήση* C; *Θαρσήση(ι)* cett.; cfr. Stahl. quaest. gr. p. 25. Kueh. I, § 70, 2. — 56, 3 *γινόμενοι* C; *γενόμενοι* cett. Praesens propter aoristos qui seq. ineptum est; VIII, 50, 3 *γίνεται* C, *γίγνεται* cett. [G]; 98, 2 *γινομένην* C, *γεναιμένην* EF, *γενομένην* cett.; cfr. Kueh. II, p. 391. M. p. 75, 4. — 71, 7 *προσαπώλλυντο* C, *προσαπώλλυντο* cett.; cfr. Blass., Über die Ausspr. des Griech. p. 35. 1888. — 81, 3 *πρόσθε* C;

*πρόσθεν* cett.; cfr. Kueh. I, p. 294. — VIII, 17, 2 *Πελοποννήσου* C (praeter G); *Πελοποννήσου* cett.; cfr. Kueh. I, p. 269, 1.

Hi loci prius corrupti in cod. ipso manu recentiore correcti sunt: litt. η cum litt. ι mutata est: 1, 3 *συμπορησαμένους*; VII. 2, 1 *ἐθελοντή*; 26, 2 *Μηλίτω*; 41, 3 *μὶ*; 73, 5 *Δηομέδων*; 108, 1 *Φασίλιδος*. — Litt. ει permutatae sunt cum η: VII, 74, 2 *ἀναδειςάμενοι*; VIII, 5, 3 *παρεῖ* incoharat C; 11, 1 *ἐφορμηῆν*; 20, 2 *ὕπελῆφθη*; 40, 3 *βοηθεῖσαι*; 86, 8 *καλεῖ*. — Litt. ι et ει mutatae sunt: VIII, 5, 4 *Λαρίωι*; 10, 3 *Κορινθίας*; 48, 5 *δημοκρατείαις*; 49 *Πίσανδρον*; 53, 2 in. *δημοκρατείαις*; 54, 3 *ἐπιτήδιον*; 63, 3 *Σαμείων*; 66, 2 *ἀντίτοι*; 73, 1 et 6 *Σαμείων*; 79, 2 *ἴδον*; 82, 2 extr. *πράξιν*. — Denique litt. ο et ω saepe commutatae sunt: VI, 99, 2 *ἐν τοῦτο*; VII, 11, 2 *πλείωσι*; 71, 3 *ἀπόλλυντο*; 67, 1 *ὑπάρχων*; 68, 1 *νομισσομεν*. VIII, 3, 2 *Φοκεῖσι*; 7 *αἴσθονται*; 39, 2 *ὑπόπτενον*; VIII. 45, 1 *τῶν Χαλκιδέως*; 50, 4 *αὐτῶν*; 58, 6 *βούλονται*; 61, 2 in. *ῶντως*; 65, 3 *πλείωσιν*; 66, 2 *ὑπωπτεύοντο*; 74, 3 *Σάμων*; 90, 3 *δέξονται*; 91, 2 *Λακωνικῆς*; 92, 11 *δμος*; 102, 3 *Προτεσιλάου*. — Cetera cod. Laur. vitia postea correcta haec sunt: VI, 93, 2 *προστα++ξαντες*; 94, 1 *ἔχωσι*; 96, 3 *ἐπίπλων*; 104, 2 VI. *ἐκπλεῖ*; 101, 1 et 102, 3 *μέγα*; *μέγαν* cett. — VII, 11, 1 *μαθόντες* C; *μαθόντας* cett.; acc. propter *ἡμᾶς* quod seq. verus VII. non est. 56, 1 *πρέπλεον* C; *παρέπλεον* cett. recte. 57, 7 *καταργόμενοι* C; *κατειργόμενοι* cett. bene. 60, 2 *γενέσθω* C; *γενέσθαι* cett. Script. Laur. in contextu inepta est. 64, 2 *ξύμπαντας* C; *ξύμπαντες* cett. recte. 67, 4 *ἐκπλεύσουσι* C; *ἐκπλεύσωσι* cett.; fut. *πλεύσω* non Atticum est; cfr. Kueh. II, p. 106, 3. 68, 1 *ἀταξία* C; *ἀταξίαν* cett. propter *πρὸς* recte. 68, 3 *ἄν* C; *ἄ* cett. Ne *ἄν* quidem hic aptum est. 70, 2 *τὸ* C; *τῆ* cett. *Τὸ* cum *ζεύγματι* non convenit. 70, 8 *εἰς* C; *εἰς* cett. recte. 73, 3 *ἐτοῦ* C; *ἐαντοῦ* cett. 79, 2 *δανάμενοι* C; *δυνάμενοι* cett. 79, 4 *ἔπισθε* C; *ἔπισθεν* cett., cfr. Kueh. I, p. 294. 80, 6 extr. *τοῦτο* C, *ταύτη* cett.; pro hac script. non satis intellecta illa irrepsit. 81, 1 *κα* C; *κατὰ* cett. 85, 4 *διαδράσκοντες* C; *διαδιδράσκοντες* cett. 1, 2 *νεωσχοικς* C, *νεωσοίκοις* cett. 1, 3 *τι+ε:ς* (*τινές* olim scriptum erat), *τι* *ἐς* cett. 5, 5 extr. *ἄρξειν* C, *ἄξειν* cett. 6, 2 *τοῦ*

VIII. om. C ante *Φαρναβάζου*; 8, 2 *Ἐλήσποντον*; 8, 2 extr. *διαφέρειν τε* C, *διαφέρειν δὲ* cett. 13 *λυπαὶ* C, *λοιπαὶ* cett.; cfr. 69, 4 extr. *ὑπολόπου* C, *ὑπολοίπου* cett. 23, 5 extr. *ταῦτα* in lit.  $c_2$ . 25, 4 extr. *τίθεντο* C; *τίθενται* cett. 27, 4 *πολεμίας* litt. *μι* in lit.  $C_1$  (fortasse *πόλεως* scriptum erat?). 28, 1 *Τειχιούσης* C; *Τειχιούσης* cett.; cfr. M. p. 98. 31, 3 *ἀπέπνευσεν* C; *ἀπέπλευσεν* cett. 37, 4 *ποιῶνται* C; *ποιῶνται* cett. 38, 2 extr. *ἔχον* litt. *ο* ex corr.  $c_2$ . 40, 1 *πολιορκουμένους* C, *πολιορκουμένοις* cett. 46, 4 *τοὺς τοὺς* C, *τοὺς* cett. 48, 5 *πέποθεν* C, *πέπονθεν* cett. 50, 5 *διφθεῖραι*. 50, 5 extr. *Ἀλκιβιάδη* litt. *η* in lit.  $c_2$ ; cfr. c. 65, 2. 82, 3. — 55, 3 *ἐπεκβοησάντων* C; *ἐπεκβοηθησάντων* cett. 56, 4 *ναῖς* litt. *ν* et *ς* scr.  $c_2$ . 59 *παρασκευάζετο*. 60, 2 *Χί* C; *Χίον* cett. 63, 4 extr. *ιδίων οἰκῶν* litt. *νο* in lit. unius litt.  $c_2$ . 64, 3 extr. *προσδεχόμεναι* C; *προσδεχόμενοι* cett. 65, 2 *ἀνεπηδείους*. 68, 3 extr. *φερυγγνώτατος*. 69, 3 *Καριστίων*. 72, 1 *οὔτε τριακόσιοι* C; *οὐ τετρακόσιοι* cett. 73, 5 *Παράλλους*, cfr. c. 74, 1, 2. 88, 9. — 78 *τὰ* C, *τὰς* cett. (*ἀλλὰ τὰς παρὰ...*). 81, 2 *αἱ* in lit. litt. *ε*  $c_2$  (*αἱ ξυνωμοσίαι*). 82, 3 *Τισσαφέρνει* litt. *ει* in lit.  $c_2$ . 85, 2 *φρούριον* C; *φρουρίου* cett. 90, 1 *προθυμοῦντο*. 90, 5 extr. *προαιροῦντας* litt. *αιρουντας* in lit.  $c_2$ . 94, 2 *παρόντα* om. C, add.  $c_2$ . 96, 2 *ξηραξοῦσι*. 96, 2 *ἀπολωλέκισαν*. 99, 1 *Τισσαφέρρους* litt. *ι* ex corr.  $C_1$ . 102, 3 extr. *καινήν* C(?)F; *κενήν* cett. 108, 4 *Τισσαφέρρους* litt. *ου* in lit.  $c_2$ .

3. Quibus tractatis in eos locos inquiramus, ubi non liquet, script. falsa Laur. errore librarii an correctura orta sit.

VIII. VIII, 74, 1 *ἀπαγγελοῦντες* C; *ἀπαγγελοῦντα* cett. Si in cod. Laur. *ἀπαγγέλλοντες* scriptum esset, correcturam existimarem minime dubiam; cfr. H. p. 69. — 92, 7 extr. *δσον οὐκ* C; *δσον οὐπω οὐκ* G; *δσον οὐπω* cett. Script Laur. sive errore orta est sive quod librarius locutionem usitatiorē inseruit de suo, cfr. H. p. 77. — 108, 3 extr. *τοὺς Ἴωνας* C; *τῆς Ἰωνίας* cett. Genetiv. propter *ἤλανεν* hic aptissimum duco; cfr. c. 109 *πορεύεσθαι διανοεῖτο κτέ.* Kueh. III. p. 496b). Cur librarius cod. Laur. *τοὺς Ἴωνας* scripserit, in dubio est.

4. Duobus locis scripturam Laur. e correctura ortam esse manifestum est.

VIII, 61, 2 ἀντὶ στρατηγοῦ C[G]; Ἀντισθένηι στρατηγοῦ E; VIII. Ἀντισθένηι cett.; cfr. H. p. 63. — 67, 2 ξυνέλεξαν C; ξυνέκλησαν EFM; ξυνέκλεισε(ν) B; ξυνέκλεισαν A. Script. Laur. correcturam sapit, sed ne ceterorum quidem codd. script. ceteroqui inaudita vera est. Herwerdeni igitur correcturam ξυνεκάλεσαν recipiendam esse censeo, praesertim cum, ut librarius formis ξυνεκληθήην etc. perturbaretur, facile fieri potuerit; cfr. H. p. 66.

5. Tum quibus locis cod. Laur. verba a codd. cett. praebita errore omiserit examinemus.

VI, 96, 3 ξυνεσιῶτες om. C. Quae vox scholio iam satis VI. defensa etiam ad sententiam necessaria est. Cum Syracusani enim his sescentis electis, qui in Epipolis, quae regio ampla montanaque est, custodiendis se dispergebant, alibi coniunctis uterentur (cfr. c. 97, 3), Thuc. hic ξυνεσιῶτες recte addidit. — 101, 5 ἀ (finis versus) ἀθηναίων C; κέρας τῶν Ἀθηναίων cett. recte. — 103, 4 ἢ πολιορκουμένων C; ἢ πρὶν πολιορκουμένων cett. Cum quo modo verbum ἀπορούντων voce πολιορκουμένων augeri possit, quamcumque utrimque tribuis sententiam, non intellegatur, script. Laur. falsa est; scripturam codd. cett. tuentur Widmann. (Wochenschr. f. klass. Phil. 1902, p. 1089) et Stahl. G. G. A. 1891, p. 671. — VII, 4, 1 extr. τε VII. om. C. (οἷοί τε), sed cfr. Kueh. IV, p. 237. Krueger, Sprachl. 69, 59, adn. 3. — 23, 3 extr. τε om. C (ταύτας τε γὰρ). Particula τε addita Athenienses Syracusanorum navibus et quae ex portu maiore et quae ex minore profectae erant victis classem totam superavisse aptissime apparet. — 42, 6 τε om. C (τᾷ τε πεζῷ). Verba πεζῶς et νῆες partt. τε-καὶ saepius arte coniungi consentaneum est; cfr. I, 30, 4. III, 13, 4. IV, 9, 1. VII, 37, 1. — 68, 3 τε om. C (τούσδε τε). Quae part., cum Atheniensibus domitis ipsis libertas Siculis per Syracusanos tuta reddatur, recte addita est; cfr. H. p. 34. — 84, 5 τε om. C ἐπίνετό τε) quod iniuria omissum esse opinor; cfr. Kueh. III, p. 250, 3; sed cfr. H. p. 41. — VIII, 65, 3 extr. τε om. C[G]

VII. (μάλιστα τοῖς τε) cfr. H. p. 65. — VIII, 70, 1 τε om. C (πρὸς τάνεις τε cfr. H. p. 67. — VIII, 82, 3 τε om. C (τιμιώτερός τε) cfr. H. p. 72. — 25, 3 ἄγουσα om. C, quo propter accusat. *δπλίτας* carere non possumus. — 33, 3 ἦδη om. C. Cum cap. 31 quo modo Athenienses exercitum sibi comparaverint, relatum sit, part. ἦδη ad exercitum iam collectum significandum aptissima est. — 34, 8 ὡς om. C (ὡς νικήσαντες). De Atheniensibus quoque, cum neque ipsi superiores discesserint neque Corinthii, ὡς νικήσαντες recte dicitur; cfr. § 7 ὡς νικῶντες. — Saepius cod. Laur. articulum neglexit: 43, 6 δ om. C (καὶ δ Γύλιππος). — 47, 4 τοὺς om. C (τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ). — 51, 2 τῶν om. C (καὶ τῶν ἱππέων). Artic. cum partic. καὶ-καὶ et pedites et equites separatim profectos esse appareat, recte repetitur; cfr. Kueh. III, p. 611, 2. — 51, 2 extr. τῶν om. C (τῶν δπλιτῶν). — 57, 7 οἱ om. C (ἐκράτουν οἱ Ἀθηναῖοι). — VIII, 49 τε τῆς om. C (περὶ τε τῆς τοῦ Ἀλκιβιάδου). Et artic., cum de reditu Alcibiadis iam supra dictum sit, hic recte se habet et part. τε propter verba τῆς-καταλύσεως etiam a περιpendentia. — VIII, 50, 1 in. δ om. C (δ Φρόνιχος). — VIII, 50, 2 extr. τοῦ om. C (μετὰ τοῦ τῆς πόλεως); VIII, 70, 1 extr. τοὺς om. C (τοὺς φεύγοντας), quibus locis articul. omitti non licet; cfr. H. p. 67. Kueh. III, p. 594, 4. — VIII, 58, 3 τὴν om. C (χώρην τὴν βασιλέως) cfr. H. p. 63. Kueh. III, p. 618, 3. — VIII, 58, 3 τῶν om. C (μηδὲ τῶν ξυμμάχων) sed cfr. Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων § 1<sup>bis</sup>, § 3, § 4<sup>bis</sup>, § 6<sup>bis</sup>, § 7. — VIII, 66, 1 ἡ om. C (βουλὴ ἡ ἀπὸ). Verba ἀπὸ τοῦ κνάμου neque ad δῆμον et βουλὴν neque ad ξυνελέγετο, sed ad vocem βουλὴ solam pertinent; cfr. adn. Haackii. — VIII, 80, 2 δ om. C (δ Φαρνάβαζος). — VIII, 84, 4 τῆ om. C (ἐν τῇ Μιλήτῳ). — VIII, 100, 4 δ om. C (δ Θρασύβουλος). — VIII, 105, 2 τὸν om. C (τὸν Θράσυλλον); cfr. Kueh. III, p. 597, 8a). 598c). H. p. 26. 29. 73. 89. 83. Herbst. Philolog. 40, 1889, p. 372, 1, 2, 6. — VII, 53, 3 δείσαντες om. C; sed ἐπιβοηθήσαντες quod praecedat cum verbis καὶ-νασὶ coniunctum durius est et sententia bona caret. — 56, 2 extr. ὑπὸ om. C[G] (καὶ ὑπὸ τῶν ἔπειτα) cfr. adn. Krueger. Kueh. III, p. 548 i. a. H. p. 30. — Compluribus locis in cod. Laur. καὶ omissum est: 57, 4 καὶ om.

C (Ἄνδρες καὶ Τῆριοι) Part. καὶ propter prius καὶ necessaria VII. est. — 60, 3 καὶ om. C (ὀποκατέβησαν καὶ). Asyndeton hic ineptum videtur. — VIII, 66, 2 καὶ om. C (καὶ δρῶν). Causae timoris Atheniensibus etiam aliae erant, ad quas iam accedebat, quod magnum esse coniuratorum numerum animadvertabant. Quare ni fallor non inepte haec distinguuntur verbis *δεδιῶς καὶ δρῶν πολὸν τὸ ξυνεστηκός*; cfr. H. p. 65. — VIII, 85, 3 καὶ om. C (*μᾶλλον καὶ κατηγορεῖ*). Part. καὶ hic deesse non debet. — VIII, 92, 1 καὶ om. C (*καὶ ἐσόδους*), quod hic quoque abesse minime potest; cfr. H. p. 76. — VII, 58, 1 *ἡσυχάζόντων* om. C, quo vocabulo omisso nulla omnino causa Agrigentinarum commemoratorum erat. — In cod. Laur. δὲ omissum est: VII, 58, 3 δὲ om. C (*νεοδαμώδεις δὲ*). Part. δὲ propter *Σπαρτιάτην* aptissime addita est. — VIII, 54, 3 δὲ om. C (*ἀντέπεμψαν δὲ*), quo *παρέλυσαν κτέ.* vocibus *ἀντέπεμψαν κτέ.* recte opponuntur. — VIII, 89, 3 δὲ om. C (*ἐκ δὲ δημοκρατίας*). Cum antea de paucorum dominatione dictum sit, iam de populari imperio δὲ suo loco est. — VIII, 91, 3 δὲ om. C (*ἐξείργόμενοι δὲ*) cfr. H. p. 76. — VII, 58, 4 extr. *καὶ οὐ ἐν μεγίστῃ κινδύνῳ ἦσαν* om. C, quae nullo modo abesse possunt. Cur correctura addita sint, non satis intellegitur; cfr. H. p. 32. — 59, 3 *τὸ στόμα* om. C, quibus omissis verba *ἔχοντα — μάλιστα* dicta de portu absurda sunt, cfr. H. p. 32. — 61, 1 *στρατιῶται* om. C (*ἄνδρες στρατιῶται*). Animi militum Atheniensium, quod *ἄνδρες στρατιῶται* appellati sunt, gravius debebant commoveri quam voce nuda *ἄνδρες*; cfr. c. 60, 5 *δρῶν καὶ τοὺς στρατιώτας*. — 80, 1 *προσβολαῖς* om. C, quod deesse nullo modo potest. — VIII, 18, 3 *ἦν δὲ τινες ἀφιστῶνται ἀπὸ βασιλέως, πολέμοι ἔστων καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις* om. C. Librarius ab *ἦν* priore ad *καὶ ἦν τινες* quae seq. aberravit.<sup>1)</sup> Eodem modo vitia Laur. orta sunt haec: 67, 3 *τούτους δὲ ἐλέσθαι ἑκατὸν ἄνδρας* om. C; 75, 2 *καὶ τὸν πρὸς Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διοίσειν* om. C; 100, 2 *τοὺς ἐπίπλους τῆ Χίψ ποιησόμενος. ἄμα δὲ Ἐρεσος γὰρ τῆς Λέσβου* om. C; 104, 2

1) Etsi multa vitia iam prioribus temporibus et a variis scribis committi potuisse non ignoro, tamen „librarius Laur. addidit, erravit etc.“ brevilquentiae causa semper dixi.

VIII. οἱ δ' αὖ Πελοποννήσιοι ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Λαρδάνου, νῆες ἕξ καὶ ὀγδοήκοντα om. C; postremo hoc loco vitium cod. Laur. ideo ortum est, quod codd. CG ante οἱ vocem ὀγδοήκοντα (ἑβδομήκοντα cett.) praebent; cfr. H. p. 83. — 27, 3 παρασκευῆς C; παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν cett. Non librarii codd. cett., sed scriba Laurentiani et Hudius ipse antithesin perperam intellexisse videntur; cfr. H. p. 51. Stahl. G.G.A. 1891, p. 671. — 38, 1 μὲν om. C (μὲν παραδούς). Part. μὲν addita est, qua, quo modo utraque hostium pars foedere icto se gesserit, recte disiungatur; cfr. H. p. 53; 54, 1 μὲν om. C (τὸ μὲν πρῶτον). Part. μὲν hic propter σαφῶς δὲ διδασκόμενος recte se habet; 76, 2 μὲν om. C (τοὺς μὲν προτέρους). Priori μὲν respondet ἄλλους δὲ optime; cfr. H. p. 69. — 53, 2 in. καὶ ἄλλων om. C, quae propter πολλῶν facillime excidere poterant; cfr. H. p. 61. — 54, 2 ἂν om. C (ἂν αὐτοῖς δοκοίη) cfr. H. p. 62, sed Kueh. IV, p. 549, 4, lin. 33. — 55, 3 αὐτὸς om. C (Πεδάριτος αὐτός). Pronomen propter auxilia quae paulo post nominantur, aptissimum est et satis part. τε defenditur. — 56, 5 τι om. C (οὐκέτι τι). Part. τι optime traditam quae insuper post οὐκέτι perfacile omitti potuit, Boehmius Widmannusque verbo ἐγίγνετο suppleto mihi quidem recte videntur confirmavisse; cfr. Herdt. VI, 140. H. p. 63; 71, 1 τι om. C (πάνυ τι) cfr. H. p. 67. Matth. Gr. § 487, 4. — 57, 2 πρὸς ἀλλήλους om. C, quae addita sententiam multo clariorem praebent; cfr. H. p. 63. — 61, 2 τοῦτον om. C. Quam epanalepsin a librario Laur. non intellectam loco V, 91, 1 satis defendi opinor; cfr. Krueger. Gr. 51, 5, 1; 7, 5. H. p. 63; 73, 1 τοῦτον om. C, cfr. H. p. 68. — 63, 3 ἔτι om. C (ἔτι βεβαιότερον), quod post στρατεύματι excidit; cfr. c. 47, 2; 67, 3 ἔτι om. C, quo omisso verbis ἐν τοῦ αὐτοῦ κόσμου sententia prava fit. — 72, 2 αὐτὸς om. C (αὐτοὺς εὐθὺς). Αὐτοὺς propter similitudinem soni utriusque vocis omissum est; cfr. H. p. 68. — 73, 5 ὁπότε πλέοιεν C; ὁπότε ποι πλέοιεν BGM; ὁπότε ἐπιπλέοιεν EF; ὁπότε πῆ πλέοιεν A. Part. ποι omissa sententia non vera oritur; cfr. H. p. 69. — 76, 2 ἔπανσαν om. C, sed τοὺς μὲν προτέρους eget, unde pendeat. — 79, 1 extr. ὡς om. C (ὡς πρὸς τὴν Μυκάλην), sed cfr. V, 3, 6. — 85, 4 extr. πάλιν om. C, sed recte additur; cfr. c. 81, 1 — 82, 3. — 88 ἐν

*τῆ* om. C (*ποῖς ἐν τῆ Σάμῳ*). Utrumque iniuria omissum est; **VIII.** cfr. Kueh. III, p. 598, c. H. p. 74. — 90, 5 *ἐς ἦν* om. C. Sed *καὶ* quod seq. offendere non potest, cum illa in porticu etiam alias res praeter frumentum e schol. Arist. Ach. 554 sepositas esse appareat; cfr. H. p. 76. — 96, 4 *ἦ* om. C (*καὶ ἦ διέστησαν*). Cum *ἐφορμοῦντες ἦ*, quia *ἐφορμεῖν* minime idem ac *ἐπολιόρ-κων μένοντες* valet (cfr. lex. Bétant. s. v. *ἐφορμέω*), non delenda sint, prius *ἦ* quoque rectum esse oportet; cfr. adn. Haack. H. p. 80. Stahl. l. c. p. 671. — 100, 1 *εὐθὺς* om. C, quod ad *ἐπειγόμενος* aptissimum est. — 100, 4 *πάσαις ταῖς* om. C; sed vox *ναυσὶ* nuda hic maxime supervacanea esset.

6. Tum quibus locis cod. Laur. solus supervacanea addiderit, quaeramus.

VII, 58, 1 *οἱ* add. C post *Γελῶροι*; sed Geloi, nisi qui prope **VII.** fines Agrigentorum habitabant, non fuerunt. — 59, 2 *δὲ* add. C post *ἐλεῖν*, quod quo referatur non habet. — VIII, 38, 2 *τῆς* **VIII,** *γῆς* C; *γῆς* cett. Aut *καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης* scribendum erat (cfr. III, 86, 3; VIII, 46, 1) aut artic. *τῆς* delendus est (cfr. II, 62, 2. VIII, 46, 2). — 38, 3 *τοῦ Τυδέως* C; *Τυδέως* cett. Cum Tydeus ille antea nominatus non sit, artic. ineptum puto, cfr. H. p. 54. Herbst. Phil. 40, 1889, p. 373, b). — 69, 4 *οἱ ἑκατὸν* C[G]; *ἑκατὸν* cett. Sed cur haec iuvenum divisio facta sit, non intellegitur.

7. Compluribus locis quid sit statuendum nescio.

VII, 4, 4. *Πλημύριον* C; *Πλημύριον* cett., qua in voce **VII.** praebenda codd. semper fluctuant; cfr. c. 22, 1 *Πλημμ.* AB—GM; *Πλημμ.* CEF; item c. 22, 1 extr.; 23, 1; 23, 4; 24, 1; 24, 3 *Πλημμ.* AB—M[G], *Πλημμ.* CEF; 25, 9 *Πλημμ.* AB—GM, *Πλημμ.* CEF. — 20, 2 *Δημοσθένη* C; *Δημοσθένην* cett.; VIII, 44, 1 *Τισσαφέρην* C, *Τισσαφέρην* cett. Thuc. temporibus utraque forma usitata erat; cfr. Kueh. I, p. 512. — 51, 1 *μήτε ναυσὶ μήτε τῷ πεζῷ* codd. (*πεζῷ* C); *μήτε ταῖς ναυσὶ μήτε τῷ πεζῷ* B, quarum scripturarum prior, etsi codd. optimis confirmata est, tamen vera non est. Itaque aut in priore artic. *τῷ* cum Laur. omittendum aut in altera art. *ταῖς* cum Vat. addendum esse



- VII. censeo, quod utrumque recte dicitur; cfr. III, 13, 4; VII, 37, 1. — 75, 5 *καὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν σιτία* C; *τὰ σφέτερα αὐτῶν σιτία ὑπὸ τοῖς δπλοῖς* cett. Quamquam script. Laur. sententiam bonam dat, tamen an verba *ἐπὶ τοῖς δπλοῖς* (*ὑπὸ* corr. Bothe), quibus illa ipsa arma, quae *Φεράποντες* portabant, recte significantur, correctura addita non sint, valde dubito. Partic. *καὶ* enim propter *τε* fortasse falso addita voces *ἐπὶ τοῖς δπλοῖς*
- VIII. ut supervacaneae omitti poterant; cfr. H. p. 38. — VIII, 54, 3 *παρέλυσε* C; *παρέλυσεν ὁ δῆμος* cett. Cum *ὁ δῆμος* si correctura addita essent, multo prius iam ad *ἐψηφίσαντο* inseri potuissent, ultra script. praeferenda sit, in dubio relinquo. — 76, 5 *βουλόμενοι* C; *βουλομένων* cett., cfr. H. p. 70. — 91, 2 *Ἠγησανδρίδας* C, *Ἀγησανδρίδας* AB-G, *Ἀγισανδρίδας* EFM; 91, 2 *Ἠγησάνδρου* C, *Ἀγησάνδρου* AB-EG, *Ἀγισάνδρου* FM; 94, 1 *Ἠγησανδρίδας* C, *Ἀγησ.* AB-G, *Ἀγισ.* EFM; 94, 2 *Ἠγησανδρίδας* C, *Ἀγησ.* AB-EG, *Ἀγισ.* FM, 95, 3 eodem modo; cfr. H. p. 76. — 100, 5 *Ἰστερίδας* C, *Ἰστερήσας* cett. Et utrumque Thuc. usitatum est (cfr. Bétant. lex. s. v.) et *ι* et *η* persaepe commutata sunt. — 104, 2 *παρέτεινον* C, *παρέτειναν* cett., cfr. H. p. 82.

### Caput secundum.

#### De scripturis a cod. Vaticano solo exhibitis.

1. Quibus locis cod. Vat. unus verum tradiderit, primum examinetur.
- VI. VI, 92, 5 *ἡγήσθηθε* CG, *ἡγήσεσθε* AEFM; *ἡγήσθε* BH<sup>1)</sup>, cfr. adn. P. St. et Cl. St. — 94, 3 *Σικελῶν* G, *Σικελικὸν* B, *Σικελόν* cett. Script. *Σικελῶν*, cum a cod. G solo praebatur, nullius fere momenti est; script. cod. B veram esse docent Cl. St. adn. — 95, 2 *Θηβαίων* B; *Ἀθηναίων* cett. γρ B. cfr. Egg.

1) Quibus locis cod. H cum cod. B congruit, hoc in capite tractantur, cum cod. Par. una cum cod. Vat. e fonte communi esse derivatus videatur. De iis locis, quibus ille script. aliquam solus habet, postea agetur.

p. 24 adn. Cl. St. Quae Mueller-Struebing. (*Zeitschr. f. d. österr. VI. Gymn.* 30, p. 566. 1879) pro script. codd. cett. disseruit, aliqua e parte iam interpretatione vera Haackii refutata sunt. Sed ne sic quidem vox Ἀθηναίων hic recte se habet. Verbum ἐξέπεσον enim i. e. effugerunt (cfr. VII, 71, 6) quia subsidium ab Atheniensibus latum erat, ineptum videtur mihi, cum vocabulum quale ἔχομίσθησαν (scil. ἐπ' Ἀθηναίων) expectandum sit. Deinde populares Thespienses, cum semper eos maxime valuisse ex IV, 133, 1 concludi possit, novem annis sequentibus denuo satis augeri potuisse, ut ἀττικισμῶ perducti, etiamsi muri deleti erant, eos, qui oppido praeerant, aggredierentur, puto. Tum Thucydidem etiam quae ad Athenienses ipsos non attinebant, narravisse IV, 133 demonstrat. Sed cum Thespieae utrum Atheniensium fierent an non, satis magni momenti esset, Thuc. merito hunc Thespiensium conatum quidem annotavit. — 98, 1 ἰππεῖς BH, om. cett., cfr. Egg. p. 19. — 99, 1 παρέβαλλον B, παρέβαλον cett. Imperf. hic multo magis placet. — 100, 1 ἐπιλέκτους BH, ἐλλεκτοὺς cett. Vox ἐπιλέκτος antiquis temporibus usitatior erat. — 101, 3 καὶ ὕστερον καὶ BH; καὶ cett. Καὶ ὕστερον vocibus πλὴν ὀλίγου et ὑπολειφθὲν temporibus verborum insuper mutatis (αἰροσιν-εἶλον) necessaria comprobantur. — 101, 4 ἔφυγον BH; ἔφυγον cett., cfr. adn. P. St. et Cl. St. — 102, 3 ἀποδιωξάντων B, ἀποδιωξόντων cett. Verbi διώμαι futurum διώξομαι, nunquam διώξω est; cfr. Kueh. II, p. 403 s. v. — 104, 3 προσπλέοντα BH; πλέοντα cett.; cfr. adn. P. St. — Cod. Vat. articulum saepius solus recte servavit: 105, 1 φανερώτατα τὰς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους BH, τὰς et τοὺς om. cett.; cfr. adn. Cl. St. — VII, 3, 1 τὸ πρῶτον BH, πρῶτον cett., sed hic „primo“, non „primum“ aptum est; cfr. H. p. 10. Krueger. Sprl. 46, 3, 2. VII, 5, 2 τῶ BH, om. cett. [G] (τῶ Γυλίππῳ) sed cfr. c. 5, 1 in. δ δὲ Γύλιππος. Herbst., Phil. 40, 372, 2. VII, 10 δ τῆς πόλεως BH, δ om. cett., cfr. adn. Krueger. VII, 19, 5 τὰς ὀλκάδας BH; ὀλκάδας cett. Artic. recte additur, brevissimo enim spatium ante αἱ ὀλκάδες iam commemoratae sunt. VII, 20, 1 τῆς Λεκελείας BH; τῆς om. cett., cfr. adn. P. St. H. p. 17. VII, 24, 2 τῶν τριηράρχων BH, τῶν om. cett., cfr. H. p. 18. adn. Cl. VII, 36, 6 τῆς ἀνακρού-

- VI.** *σεως* B, *της* om. cett. [G]. Quae cum inhibitio remigum iam supra commemorata sit, artic. recte se habet; cfr. H. p. 24. VII, 38, 1 *οἱ Συρακόσιοι* B, *οἱ* om. cett., cfr. H. p. 24. VII, 38, 2 *τὰ της ναυμαχίας* BH, *τὰ* om. cett. Stahlio G. G. A. 1891, p. 664 assentior; sed cfr. H. p. 24. VII, 70, 7 *ἡ παρακέλευσις* B, *ἡ* om. cett. cfr. *οἱ κελευσταὶ φθέγγονται*; H. p. 35. VII, 87, 2 *ἐν τῷ τοιούτῳ* B, *τῷ* om. cett., cfr. adn. P. St. H. p. 42. — VIII, 3, 1 *ἀκόντων τῶν* B, *ἀκόντων* cett., cfr. H. p. 43. VIII, 16, 1 *ὁ τῶν Κλαζομενίων* B, *τῶν* om. cett., sed cfr. c. 14, 2 et 3. H. p. 47. VIII, 16, 3 *τὸ πρὸς ἤπειρον* B, *τὸ* om. cett., cfr. adn. P. St. VIII, 28, 2 *Ἀττικὰς τὰς ναῦς* B, *τὰς* om. cett., cfr. H. p. 52 adn. P. St. VIII, 35, 3 *ἐπὶ τῷ Τριοπίῳ* B, *τῷ* om. cett., cfr. adn. P. St. VIII, 56, 4 *τὸ τῶν Ἀθηναίων* B, *τὸ* om. cett. cfr. H. p. 62. VIII, 68, 3 *ὁ Φρόνιχος* B, *ὁ* om. cett., cfr. Herbst. Phil. 40, 373, 6. H. p. 67. VIII, 79, 4 *ἐπὶ της Μυκάλης* B, *της* om. cett., cfr. c. 79, 1 et 2. VIII, 83, 1 *τὴν τοῦ Ἀλκιβιάδου* B, *τοῦ* om. cett. Mihi quidem artic. Alcibiadis nomini recte additus videtur esse; cfr. Herbst. l. c. p. 373, 6. H. p. 72. VIII, 89, 2 *τοῖς* B, om. cett. (G) et schol. (*ἐν τοῖς πρώτοι*), sed cfr. Kueh. III, p. 28i). H. p. 75. VIII, 92, 4 *ὁ Ἀριστοκράτης* B, *ὁ* om. cett., cfr. adn. P. St. In § 2 Thuc. articulum ideo non posuit, quia de hetaeria Theramenis tota dicere volebat; cfr. Kueh. III, p. 611, 2. H. p. 77. VIII, 99 *αἱ* B, om. cett. (*αἱ καὶ της Χερσ.*), cfr. H. p. 81. — VI, 105, 2 *ξυνεπολέμουν* BH; *ἐπολέμουν* cett., cfr. adn. Cl. St. II, 67, 4. — 105, 2 *Λιμηρὰν* B, *Λιμέραν* cett., cfr. Thuc. IV, 56, 2 et Herodian. I, 260, 23. — 105, 2 *Πρασιάς* B, *Πρασίαν* ACGEM, *Πρασσίαν* F; cfr. Thuc. II, 56, 6. VII, 18, 3. M. p. 54, adn.
- VII.** 454. — VII, 1, 3 *γὰρ* BH, *μὲν* cett. Cum part. *μὲν* hic locum idoneum non habeat, at *γὰρ* talibus in explicationibus parenthetice additis usitatissimum sit (cfr. VII, 4, 2; 4, 3; 11, 3; 14, 2; 24, 3; 31, 5; 42, 3; 42, 4; 42, 6; 50, 4; 51, 1; 53, 2; 53, 4; 56, 2; 60, 2; 66, 1; 69, 4; 70, 4; 73, 4; 77, 4; 78, 4; 79, 2), ultra script. praeferenda sit, dubium esse non potest; cfr. H. p. 9; Stahl. G. G. A. 1891, p. 661. — Multis locis cod. B solus part. *τε* recte tradidit: VII, 1, 4 *τε* BH, om. cett. (*τοῦ τε Ἀρχωνίδου*). Sed part. *τε* addita Archonidas et Gylippus inter

se aptissime opponuntur; cfr. Kueh. IV, p. 249, lin. 28. 1, 5 **τέ VII.** BH, om. cett. (*Σελιουντιαν τέ*) cfr. H. p. 9. 11, 2 *τε* BH, om. cett. (*ἐκ τε Πελοποννήσου*) cfr. H. p. 13. 18, 2 *τε* BH, om. cett. (*δτι τε ἐς Πλάταιαν*) cfr. adn. P. St. VII, 1, 4. 18, 3 *τε* BH, om. cett. (*Ἐπιδαύρου τέ*) cfr. H. p. 16. 20, 1 *τε* BH, om. cett. (*περὶ τε Πελοποννήσου*) cfr. H. p. 17. 25, 1 *τε* BH, om. cett. (*τά τε σφέτερα*) cfr. H. p. 18. Kueh. IV, p. 249, 2. 28, 4 in *τε* BH, om. cett. (*ὀπό τε τῆς Δ.*) cfr. adn. P. St. H. p. 20. 29, 2 in *τε* BH, om. cett. (*ὀ δὲ ἕς τε τὴν T.*) cfr. H. p. 20. 30, 2 *τε* BH, om. cett. (*προεκθέοντες τε*) cfr. H. p. 21. 33, 3 *τε* BH, om. cett., cfr. H. p. 22. 42, 4 *τε* B, om. cett., cfr. H. p. 25. 48, 5 *τε* BH, om. cett., cfr. H. p. 27. 53, 4 *τε* B, om. cett. (*τὴν τε φλόγα*) cfr. adn. P. St. H. p. 30. 57, 11 *τε* B, om. cett. (*Ἐγεσταίοι τε*) cfr. H. p. 31. Thuc. VI, 2, 3 et 6 extr. 58, 4 extr. *τε* B, om. cett. (*μέγεθός τε*). Cum verba *δτι-ῆσαν* quae ad sententiam optima sint, minime spuria existimem, *τε* quoque retineo; cfr. H. p. 32. 70, 7 *τε* B (et Dion. Hal.), om. cett. (*κατὰ τε τὴν τέχνην*), cfr. H. p. 35. 72, 4 *τε* B, om. cett., cfr. H. p. 36. 77, 2 *τε* B (et schol.), om. cett., cfr. H. p. 39. 80, 6 *τε* B, om. cett. cfr. H. p. 40. — VIII, 12, 1 *τε* B, om. cett. cfr. adn. Cl. H. p. 46. 14, 3 *τε* B, om. cett. cfr. H. p. 46. 16, 3 *αὐτοί τε* B, *τε* om. cett. Cum, cur hic part. *τε* a librario addita sit, non intellegatur, sed librariorum, cum part. *τε* una cum *δὲ* quod seq. coniunctam non cognoverint, illam part. de suo omisisse multo verisimilius sit, *τε* retinendum esse censeo; cfr. Kueh. IV, p. 244, adn. 3. — H. p. 47. 71, 2 *τε* B, om. cett., cfr. H. p. 68. 78 *ὀπό τε Ἀστυόχου* B, *τε* om. cett., cfr. adn. Cl. H. p. 70. 80, 2 *τε* B, om. cett., cfr. H. p. 71. — Etiam partic. *καὶ* in cod. Vat. solo saepius servata est. VII, 1, 5 *καὶ* BH, om. cett. (*δπλίτας καὶ*) quo carere non possumus. VIII, 9, 3 *ὀλίγοι καὶ συνειδότες* B, *ὀλίγοι ξυνειδότες* cett. *καὶ* cum intellectum non esset, facillime excidere poterat; cfr. H. p. 45. adn. P. St. VIII, 26, 1 *καὶ τῆς ὀπολοίπου* B (et schol.), *καὶ* om. cett., cfr. adn. P. St. H. p. 50. VIII, 38, 2 *καὶ γῆς* B, *καὶ* om. cett., cfr. V, 18, 2, 3. 47, 1. H. p. 53 seq. VIII, 45, 1 *γὰρ καὶ τῶ* B, *καὶ* om. cett. Thuc. comprehensionem aliter atque coeperat ad exitum adducere saepius solebat; cfr. I, 16. III, 62, 5; 67, 6. 71, 1. IV,

